COMMENTARIA IN ARTEM POETICAM HORATII

Authore Iodoco Vuillichio Resselliano.



M. D. XXXIX.

Cum gratia, & Priuilegio Imp.

ὀυιλλιχίου ῥεσελλιανοῦ.

Ὅστις δαιδαλέην εὐφυῶς ζεύξατο τέχνην,
μηδενὶ τῶν θατέρον ὡς θρασὺ πειθόμενος·
Καὶ αὐτοῖς μεγάλην μακρὰν τ᾽ ἐπεθήκατο πρᾶξιν,
(χεὶρ γὰρ τῆς σοφίας αἴτιόν ἐστι μέγα)
Ὅστις ποικίλαις λώσσοις τ᾽ ὀλίγοις τε ὁμαρτεῖ,
μὴ κακόζηλος, ὁ αὖ καλὸς ἀοιδὸς ἔσται.

RVDENTISSIMO ET

PERITISSIMO MEDICINA rum. D. Doctori, & illustriß. Cardinalis Alberti Archiatro, Philippo Buchamero, Iodocus Vuillichius Resellianus.

S. D. P.



Onnullis in more positum erat Heroibus & principibus scripta qualiacunq; nuncupare, ego etsi aliquoties eius periculum feceram, tamen idipsum pro re, pro loco & tempore mutare decreui, et meis, præsertim qui sunt eiusdem artificij, dedicare qualiacunq; monumēta. Postquàm autem amicitia nostra non nulla consuetudine Berolinij fuit confirmata, quæ etsi longo locorum interuallo obliterari solet, tamen literarum uicißitudine eadem ita subinde renouatur, ut nunquam intermoriatur. Verum ut certius esset symbolum, commentaria in Horatij Poeticen sub tuo nomine in publicum proferre uolui. In quibus quantum operæ horis succisiuis (nam grauioribus Musis me addictum esse non ignoras) posuerim, aliorū esto iudiciū. Conatus sane sum sedulo mihi temperare, ne ijs, quæ essent ἀχορδία lectorem morarer. Ipse quoq; nō

 diffita

diffiteor haud pauca in quibusdam locis desyderari, & planiora fieri posse, sed ea tanquam luxuriosa resecui instar diligentis agricolæ: quod genus est, de Cinctutis Cethegis. Quis non huc adferret in eius uocabuli exegesi primum ἀρχαϊσμὸν, aut certe ἐπένθεσιν syllabæ? sunt enim Cinctuti, uere cincti. Deinde ut iustior eius pateret usus, multa de cinctu Gabino adduceret, qui fuit uetustissimus, aut statueret κατὰ μετωνυμίαν per eos uel fortes et strenuos, uel agiles & ad pugnam iam paratos. Notum enim est ut cincti pedes conferebant. Postremo locos quorundam authorum obiter explicaret certis cum phrasibus. Quod genus sunt apud Ouidium, Luperci succincti, apud Historiographos, Stare in procinctu & procincta classis, & rursus apud Virgilium Discincti Aphri. Et quid sibi uult illud Hesiodi γείτονες ἄζωστοι, quos certe non imbelles, non ignauos, non socordes esse uoluit, sed bis tanto promptiores & minime impeditos. Hæc atq; alia id genus, si quis infarciret, studiosis tamen hominibus non ingrata, merito curiosus iudicaretur, ut qui uellet uel minima quæq; ad uiuum resecare. Quare eorundem annotationibus lectori de industria bene consului, ne tot nugis ita fastidiosum obtunderem. Liceret quoq; in singulis præceptis exempla tam uitiorum quàm uirtutum ex poëtis adpingere, quod tamen

in qui-

in quibusdã modice factũ est. Velut si quis Comœdiã de Iosepho hodie à quodam poetastro decantatam pensitaret, in quo quanta decori ratio sit, facile licet obseruare. Protasin enim plus æquo longiorem fecit κατὰ παρέκβασιν, de fidelitate seruorum erga dominos. Postea rursus incrementa turbarum in epitasi frigent. Postremo breuis & mutila eiusdẽ catastrophe est. Eadem censura de quibusdã Tragœdijs nouis & sacris fieret. Taceo quàm personarũ numerus sit nimis magnus, sunt enim circiter triginta in nonnullis dramatibus, cum quis in Sophocle & Euripide uix duodenas haberet. Non dicam quàm actus male discernantur, omitto quàm singulis personis iuxta suas uarias circumstantias orationis genus & filum suum non adaptetur. Quid multis? ipse par non sum, ut uitia connumerem ex poetis superioris sæculi, ex Mantuano, Politiano, & alijs compluribus, quæ prudens lector & Criticus adnotabit. Mihi uero alios carpendi nunq̃ fuit animus siquidem paßim in Scholijs Virgilianis, & aliâs, simpliciter sententiam exposui meam, quam qui uult sequi, per me licet. si minus, facile ferã, ut meliorẽ sibi deligat, sed prudenti & fideli iudicio, quod & hic cauere studui. Quare non facile futurum est, ut quædam uel inuidiæ, uel torporis, uel ambitionis nota mihi impingeretur. Hæc autem Commentaria tibi


dono, non ut his perlegendis occupatus ad altiora adſpirares, ſed ut poeticen & poetas ſummo amore complectereris uelim. Quorum albo noui tibi iucundiſsimum & gratiſsimum eſſe Sabinum noſtrum, meum & tuum, eundemq́; noſtrum, qui frequenter & honorifice tui facit mentionem, & te mihi de meliori nota commendat, quem noui antea mihi eſſe chariſsimum. Bene Vale.

Francophordij cis Viadrũ

Natalicijs Chriſti

Anno Dñi.

M. D. XXXIX.



ΠΡΟΛΕΓΟ
MENA.



ON mala est cõsuetudo, uitã authoris, quẽ prælecturi sumus, bonis audithorib· in uestibulo, aut præscribere aut dicere. Nam cum ad dignitatem & laudem, tum ad intelligenda eiusdem scripta quam plurimũ conferet. Quibus fit ut ultro auditores pelliceantur, admirentur, adament, & deniq; pro uirili imitari conentur, atq; adeo uirtutum sunt exempla. Quid quod eadem neglecta, multa plana fieri nequeunt, si quis ad amußim omnia perpenderit quod sane in hoc exercitationis genere notius est, quàm à nobis dici potest. Quibus rationibus & ego adductus ne transuersum quidem, ut aiunt, unguẽ ab eiusmodi utili & laudabili consuetudine discedere, nisi id uererer futurũ, quod prouerbiũ admonet, bis repetita crambe mors est. Video enim plus sexcenties in præliminaribus paginis eam repeti, ut prorsus

ſus toties inculcare me pudeat, & pigeat. Itaq; hæc recẽſenda nunc ſuperſedebo, & qui eam uult ex alijs petat licebit. Ego interim ſcopum, ſeu ϛάσιν huius libelli unà cum titulo explanabo, ut pro certo habeatur, quid nam rerum hinc petendum ſit, quid diſcendum, quis deniq; uſus ſit.

Intentio Hora. Intentio autem ſeu ὑποκείμενον eſt inſtitutio poetices. Nam multi uix dum uerſifices ita ſibi indulgent, ut uno aut altero uerſiculo conſuto, ac undiq; emendicato protinus nomen poëtæ ſibi arrogent, et quaſi iure ſuo uendicent, qui tamen φιλαυτίας cæci non, uident quam monſtroſa poemata ſint, quàm non iucunda utilibus cõmiſta ſint, quam ἀσόχως ab re incepta digreßi ſint, quam nulla poematis ſymmetria ſit, quam ordinis poetici, uocabulorum, decori in ſingulis carminum generibus, & aliorum præceptorum, quæ hic traduntur, turpiter negligentes ſint. Præcepta autem pleraq; huius artificij ex

Neoptolemus. Neoptolemo corraſa eſſe iudicantur, quæ Piſonibus ſcripſit, quod aut poetæ & liberalium Muſarum antiſtites erant, aut certæ ijſdem dedicauit, & de more

Calphurnia gẽs ſũmatibus nuncupauit. Erant enim hi ex Calphurniorum gente, quæ ex Numa uſq; deducitur. Siquidem Calphurnius, authore Feſto, Numæ filius erat, qua de cauſa factum eſt, ut Horatius ipſe κατὰ ἀπὸ ϛροφὴν ad Piſones cecinerat: Vos ô Pompilius

ſanguis

ſanguis. Cæterum quid ſit poetica, quæ ſint eius Poetica.
formæ quarum ſingulæ quantam facultatem habe=
ant, ex quot, & qualibus conſtent partibus eruditiſsi περὶ ποιη-
me περὶ ποιητικῆς Ariſtoteles docendi uerus τικῆς Ariſto.
artifex aut quiſquis eius libri author eſt, poſteris me
moriæ prodidit. Nos uero, qui adoleſcentulos dun-
taxat in hoc exulceratiſsimo ſeculo docemus, iſta al=
tiora iis, qui prouectioris ſunt ætatis, cõmendata uo
lumus, nunc potius, quæ humi ſerpunt, quæ animis
illorum ueluti etiam nunc anguſtis uaſculis inſtillari
queunt, & quæ quottidiana lectione authorum uſui
ſunt, ueluti uno faſce complectemur, & ob oculos
ponemus. Principio ποιεῖν Græcis uerbum eſt non ποιεῖν.
ſolum facere, ſeu ut hodie theologi loquuntur, cre
are eſt, ſed etiam ποιητικῶς ſcribere, non aliter
atq; oratorum eſt τὸ λέγειν, ideſt, dicere, quod
non notat λαλεῖν, ſed oratorie, ut ſic dicam, con= λέγειν.
cionari, & eloqui. Itaq; ποιητής, & more Bœo-
tico ποιητὰ eſt, qui ἐμμέτρως canit, ſeu ſcribit. ποιητὴς.
Quanquam id uocabuli omnibus artificibus commune,
quatenus quicquam faciunt, iudicatur, tamen κατ᾽
ἐξοχὴν poemata conſcribenti tribuitur. Græcis ue
ro eſt ἀοιδὸς ἀπὸ τοῦ ἀείδειν uel ἄδειν, ἀοιδὸς.
quod à particula epitáſeως, ἀ, et εἴδειν deducitur, ἀείδειν.
quod eſt ſcire. Nam ἀοιδοὶ ſunt multarum, aut ut
nonnulli uolunt, uniuerſarum rerum admodum pe-

Canere. Carmina. ᾠδαί. μέλη λυρικά. χορικά. νόθοι poete & legitimi. ποίημα. Figmenta poetarum. ἐποποιΐα. ἐποποιοί.

riti. Latini quoq; canere illis tribuunt. Quare carmina à canendo ᾠδαὶ, & à suauitate cantus μέλη λυρικὰ quidem, quæ fidibus accinebantur, χορικὰ uero, quæ chorus canebat. Ex quorum numero sunt qui musicam corrumpunt νόθοι. Quare Callimachus ait νόθοι ἀείδουσιν ἀοιδοί. Eosq; Horatius agnoscit, dum canit: Scribimus indocti, doctiue poemata paßim. Quo uersu legitimos quidem poetas doctos, spurios uero indoctos appellat. Breuiter poeta est quasi musarum faber, seu musicus opifex, qui uersus facit, carminaq; componit. Verum eius opus quod ab illo conficitur, ποίημα est, quod fabulosa narratione ferè absoluitur, sed metrica structura uoluptatis & utilitatis gracia. Solet enim ueritas figmentis fabularum conuestiri, tanquam stola quapiã, quæ proprie fabula non est, sed narratio fabulis contexta, ut penitus uera adumbrata hic cognosceres, tum ut prosint, tum ut delectent. At si figmẽta nõ accesserint congruenti rhythmo uel pede, etiã iuxta carminum leges composita, non ποίημα sed ἐποποιΐα est. Nam hæc tantum uersuum contextus est, aut ut Suidas finit, historia heroico carmine constans, sed quæ fabulis caret. Qui uero hoc genus sequuntur non poëtæ, sed ἐποποιοί sunt quorum numero apud latinos Lucanus recense-

ripo

potest, qui filum modo historiæ prosequi maluit, atq; Quintilianus scriptorum acerrimus iudex eum potius oratoribus quam poetis adnumerandum censet. Porrò quantum conijcio ex Aristotele, materia seu argumentum certum hic non quæritur, siue medicũ, siue musicũ, siue physiologicum fuerit, quo genere Aristoteli est Empedocles, cũ ait ἐποποιοὺς ὀνομάζουσιν ὀυχ ὡς τούς κατὰ μίμησιν ποιητὰς, ἀλλὰ κοινῇ κατὰ τὸ μέτρον προσαγορεύοντες, καὶ γὰρ ἂν ἰατρικὸν, ἢ μουσικόν τι διὰ τῶν μέτρων ἐκφέρουσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν, ὀυδὲν δὲ κοινόν ἐστιν ὁμήρῳ καὶ ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον, διά ὃ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν. Iã uerò ars poemata conscribendi ποιητική dicitur, cuius institutiones canditatis poetarum hic traduntur, etiamsi non minus Rhetoribus plæræq; sint usui, πόιησις uero parum aut nihil à poemate differt. Sunt tamen qui distinguunt, poesim quidem contextum & totius operis effecti corpus uocant, ut Ilias Odyssea, Aenæis. Poema autem operis partem, ut est descriptio armorum Achillis Iliados Σ. Sunt rursus qui interuertunt, & sub poesi paruam inuentionem, sub poemate totum opus capiunt

ποιημάτιον
Eclogæ Virgi.
εἰδύλλια
Theocriti.
εἰρεσιώνη
Hmeri.
ποιήτρια.

Sapho.
Polla.
Argentoria.
Proba Falconia
Sibyllæ.
Sphinx.

capiunt, ita fit ex diſcordi grammaticorum ſententia ut differentia iuſta eſſe non poſſit. Ego paſſim utroq; uocabulo, niſi fallor, opus poetarum ſiue totius uel partis, ſiue paruitatis uel magnitudinis diſcrimine intelligi uideo, ποιημάτιον eſt poema paruū, quod genus ſunt ἐκλογαὶ Virgilij, εἰδύλλια Theocriti, εἰρεσιώνη Homeri. At ποιήτρια nō eſt ars ipſa, ut indoctum uulgus uſurpat, ſed fœmina eſt eius artis perita, quales ſunt Sapho, Polla, Argentoria Lucani uxor, proba falconia in Virgilij centonibus, Sybillæ omnes, Sphinx quā Sophocles in Oedipode σκληρὰν ἀοιδὸν appellat. Sed eas inſignes epigramma Antipatri Theſſalonicenſis complectitur, quod adſcribam. Nam ſæpe uſui erit.

τὰς δὲ θεογλώσσους ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας
  ὕμνοις, καὶ μακεδὼν πιερίας σκόπελος,
πρηξίλλαν, μυρὼ, ἀνύτης στόμα θῆλυν ὅμηρον,
  λεσβιάδων σαπφὼ κόσμον ἐυπλοκάμων.
ἤρινναν, τελέσιλλαν ἀγακλέα καὶ σε κόριννα
  θοῦριν ἀθαναίης ἀσπίδα μαρψαμένην.
νοσσίδα θηλύγλωσσον, ἰδὲ γλυκυαχέα μύρτιν
  πάσας ἀενάων ἐργατίδας σελίδων
ἐννέα μὲν μούσας μέγας οὐρανὸς, ἐννέα δ᾽ αὐτὰς
  γαῖα τέκε θνατοῖς ἄφθιτον εὐφροσύνην.

DIVISIO

DIVISIO POEMATVM.

GEnera poematum Socrates apud Platonem πολιτειῶν.γ. tria fecit, quorum primũ est ab actione δραματικὸν, aut ab imitatione μιμητικὸν, cuius apud Græcos tres sunt partes, tot enim personarum sunt discrimina, aut ciuiles quos Comœdia, aut heroicas quas Tragœdia, aut agrestes sunt, quos uetus in Satyra usurpat. Τραγικὸν uero aut τραγῳδάριον est Tragœdia aut tragœdiola, est hæroicæ uitæ cũ periculis comprehensio seu repræsentatio, itaq; hic Heroes sunt, & in epitasi magni timores, iurgia, insidiæ, internitiones ideoq; uitæ solutrix dicta est. Catastrophe prorsus funesta est, & in summa omnia hic sunt turbulenta, & πάθη, id est affectus atrociores dominantur. Quare fertur de ingenti & horribili incommodo, miserabiliq; calamitate, τραγικὸν πάθος. Sed ἐκτραγῳδίζειν est ex paruis litibus, adeoq; nugis, Tragœdias, hoc est uehementem tumultum mouere & concitare. Quod natum est ex sublimitate characteris tragici cui etiam μανικὸν seu furiale quiddam inest. Finem autem statuemus, ut sint exempla eorum, quæ fugienda sunt, non aliter atq; historiæ, ex quibus tragœdiarum argumentum sæpe petitum est. Nam

Poematum genera.

δραματικὸν.

μιμητικόν.

Tragœdia:

ἐκτραγῳδίζειν

Nam id serium esse debet, sed cum miseria & terrore. Complectitur enim res grandes, non leues aut uulgares, sed ut Græci dicunt τὰς δεινὰς, *ideo magnam affert expectationem, exitum miserabilem inopinatum, & terribilem. Quod Aristoteles quoq; indicat his uerbis,* τραγῳδία δὲ μίμησις πράξεως σπουδαίας, καὶ τελείας *&c.*

Tragici latini & Græci.

Tragici autem sunt Aeschilus, Sophocles, Euripides, Phrynichus, Arion, Acheus. Apud latinos, Pacuuius, Ennius, Octauianus, de quo illud Virgilij esse creditur dictum: Sola Sophoclæo tua carmina digna cothurno

Varius.

Ouidius cuius Medæa laudata est, Varius cuius Thyestem cuilibet Græcorum comparari posse Fa-

Seneca.

bius putat. Sed solus Seneca nobis reliquus est, ex quo huius generis gustum quendam capere licet. Alterum autem huius poematis genus est κωμικὸν

Comœdia.

Comœdia quæ priuatæ ciuilisq; uitæ sine periculo est comprehensio. Cicero autem finit κατ᾽ ἔπαινον, *quod sit uitæ imitatio, speculum consuetudinis imago ueritatis, & ut in tragœdia politica & heroica sunt, ita hic œconomica. Illorum quidem exemplar in Homeri Iliade, horum uero in Odyssea, quia tantum* ἤθη *continet, hoc est, mitiores affectus propter priuatos homines, & qui mediocris tantum sunt fortunæ. Quare Aristoteles Tragœdiam à Comœdia sic discernit* ἣ μὲν γὰρ χείρους, ἣ δὲ βελτίους

βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται. Hinc fit quod in epithasi parui, sint impetus & pericula non tanta. Catastrophe autem actiones iucundissimas complectitur. Sunt enim ultima prorsus tranquilla. Indicantur tamen exempla eorum, quæ petenda sunt. Quoniam adulescentuli amasij ab amore uilissimorum scortorum ad legitimum matrimonium ferè pelliciuntur, & reuocantur, ut honestam uitam uiuant, resq; familiares curent, genusq; uitæ certum instituant, id quod Teretius mirifice declarat, & in quibusdam fabulis Plautus, Amphitrio enim huius paulo altius surgit, & tragicum quodam modo sapit. Recte igitur τραγοκωμῳδία dicta est, quod tamen in motorijs Comœdijs non fit, tantum abest ut in statarijs contingeret. Hic enim locus est salibus & iocis, à quibus Plautus sæpe laudatus est. Quare comica facies apud Lucianum est, pro hilari non corrugata, non matutina. Contrarium est apud Aristophanem τραγικὸν βλέπειν. Quod autem κωμῳδεῖν Græci usurpent pro conuitijs, lacessere nominatim perstringere, & traducere, sicut Socrates in Nebulis Aristophanis, id magis ad ueterem quam ad nouam comœdiam referendum est. Comici sunt Susarion, Aristophanes, Cratinus, Plato quidam Phericrates, Menander, Philemon, Philistion, & alij.

Amphitrio Plauti.

Comica facies.

τραγικὸν βλέπειν.

Comici græci et latini.

Cæterũ

Cæterum notum esse arbitror, Comœdiarum aliã esse palliatam, ideſt, Græcanicam, ex habitu græcorum dictam, à quibus translata eſt. In hac autem primus fuit Liuius Andronicus, poſtea Cæcilius, Plautus, Terentius, Turpilius & alij ſecuti ſunt. Alia uerò eſt togata id eſt Rhomana iuxta habitum & ritum Rhomanorum, utraq; tamen harum rurſus erat aut prætextata, aut tabernaria, aut Attellana, aut planipes, aut Rhintonica, quarum exempla ad nos non peruenerunt, de his legatur Donatus in Terentij prolegomenis.

Tertiũ δρᾶμα eſt σατυρικὸν. Satyra quæ eas fabulas continent, in quibus agreſtium numinũ perſonæ introducuntur. Nã in hac non reges aut heroes ut in Tragœdia, non priuati homines & ciues, ut in Comœdia, ſed Satyri introducti erant, iocandi ludendiq; cauſa, atq; ex iſtis quoddã θελκτήριον expectabatur, nimirum quod ſpectatores demulcerent ſuis iocis et luſibus, quorum aures inter tragicas & ſerias res penè obſurduerant. Quod prudenter ſanè factum eſſe creditur, ut animus ſpectantiũ defatigatus nouitate rerum intercedentium remitteretur, & reficeretur, quó ad ſeria poſtea intentior eſſet. Soliti enim erant riſus & ſcurrulitates cum luctibus Tragicis commiſcere, non aliter atq; quoſdam moriones. Aderant autem hic tot dij petulantes & illoti

illoti Satyri, quot tragici habuerant saltatores. Eius autem insignis author erat Pratynas. Apud latinos uero lōge alia est ratio Satyræ, quæ ut ex charactere ueteris Comœdiæ nata est, ita ad carpenda uitia tantum usurpata, sine ullo tamen proprij nominis titulo, & nouo quodam modo à Lucillio est conscripta, cui huius inuentum acceptum refertur uel Horatij consensu, qui sic ait de Lucillio, Græcis intacti carminis author. Quod si uerum est, quod Apuleius posteris scriptū reliquerat, nempe Enniū Satyras conscripsisse, tunc hic meritò eius esset author. Nam hic longe ante Lucillium floruit. Sed id in medio relinquemus, ad Lucillium reuertemur, qui ueterem Comœdiā in id poematis genus deformauit, quod ex Horatianis uersibus constat: Pratynas. Lucillius. Ennius.

Eupolis atq; Cratinus, Aristophanesq; poëtæ.
Atq; alij, quorum Comœdia prisca uirorū, est.
Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant
Hinc omnis pendet Lucillius, hosce secutus,
Mutatis tantum pedibus numerisq; facetus.

Siquidem Satyrici poëtæ prorsus Satyrorum nasutam dicacitatem, & mordacitatem imitabantur. Quare fit ut à nonnullis dicti sint Satyri ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι, quod est cachinnari, & Persius se cachinnonem Satyri unde.

chinnonem appellare non erubuit. Sunt enim morum censores optimi, ac uitiorum acerrimi insectatores, & sæpe in taxandis uitijs nimis aperte (ne imprudenter dicam) agunt, & non sibi temperant, ut præ lasciuia & impudētia uix pudicis auribus eiusmodi poëmata sint inculcanda, quod in Iuuenali certius conspicitur. prudens tamen præceptor facile cauebit, ne castos adolescentulos isto satyrismo offendat. Numerantur autem Satyrici Lucillius cuius satyrarum libri supra triginta interciderunt, Horatius, Persius, Iuuenalis, quibus additur & Turnus à Martiali.

Satyrici.

Porrò nihil prohibet, quod huic quartum non adnumeretur, quod μιμηκὸν dicitur, quod uerbum etsi commune sit, Conuenit enim omnibus in quibus est imitatio, siue in gesticulatione siue in dictis, & factis, in moribus & naturis hominū, ἀπὸ τοῦ μιμέομαι. Sic quoq; μίμοι sunt & uersus scenici, & poëtæ, qui eos conscribunt, & histriones qui pronunciant. Nam ab imitando nomen habent, tamen κατ᾽ ἐξοχὴν, Mimus proprie sermonis & actionis cuiuslibet citra ullū pudorem imitatio est. Atq; ita Mimi sunt poëmata lasciua, in quibus pudori & reuerentiæ locus non est. Dicta sic sunt quod lasciuiam imitentur, habent enim res uiles & obscænas & impudentes personas, Quod genus poëma-

Mimicon.

Mimi.

Poematis & uirile & fœmininum Sophron non comicus, de quo Atheneus, sed Syracusanus Euripi dis tempore δ'ορικῶς & soluta oratione conscripsisse traditur, quem Plato adeo probasse fertur, ut moriens eius poëma sub ceruice habuisse dicatur. Hij tamen mimographi propter leuitatem & lasciuiam pessum iuisse uidentur. Ouid: quoq; 2. Tristium argumenta eorum indicat, dum canit. Sophron.

Quod si scripsissem mimos obscœna iactantes,
Qui semper iuncti crimem amoris habent.
In quibus aßidue cultus procedit adulter
Verbaq; dat stulto candida nupta uiro.

Verum Mimi Publiani, qui hodie circumferuntur, sententiæ multo grauißimæ & παροιμιώδεις. Erat quoq; sub Cæsare insignis & nobilis mimographus, Laberius eques Romanus, qui Romæ mimum egerat, ut infra copiosius enarrauimus, & de hoc sic Horatius alibi. Mimi Publiani. Laberius Mimographus.

Sic Laberi mimos, ut pulchra poemata miror.

Hæc satis sunt de drāmatico genere, quod latinis actiuum est, in quo solæ personæ agunt, sine ulla poetæ intercessione.

DE SECVNDO POEMATVM genere.

Ἐξηγητικόν

Ἀγγελτικόν

Ethici scriptores poetæ.

Ἱστορικόν.

Λογικόν.

Διδασκαλικόν.

Mathematicon

PRoximũ poëmatis genus quod ἐξηγητικὸν, quod quis enarratiuum diceret, quoniam ab expositione aut sententiarum, aut historiæ, aut physologiæ appellatur. Continet enim ἁπλῆν διήγησιν δι' ἀπαγγελίας, & in hoc solus poëta loquitur. Est autem triplex primum ἀγγελτικὸν, quod nunc fiat ἠθικὰ, quibus quæ fugienda, quæ expetenda sunt exponuntur, ut Theognis, prior liber Hesiodi in Ergis, Epistolæ horatianæ, Phocyllides, Pythagoras, monosticha senaria Mænandro attributa. Huc referuntur Theologica, quare eius claßis erit. Nonnus, Iuuencus, Quid multis? pendet ex hoc artium genere, quod προτρεπτικὸν nominatur. Alterum ἱστορικὸν, in quo historiæ, genealogiæ, schemata cognationum enarrantur, ut Hesiodi Theogonia, Ouidij Metamorphosis. &c. Ad id artiũ genus reduceretur, quod λογικὸν est. Tertium est διδασκαλικὸν, quod rerum naturæ cognitionem docet, ut olim Varro, Empedocles, & qui nunc extat Lucretius, & quidam alij. Sed rectius hoc in alias formas iuxta argumentorũ uarietatem diuiseris, ueluti cum esset aut μαθηματικὸν, cuius poëtæ sunt Aratus, Dionysius

sius

stus, Hesiodus cuius astrologia, ut Plinius citat, seu ut Theon, ἀστρικὴ βίβλος interijt, Manilius, Ouidij Phænomena, quæ citat Lactãtius. Vrania Pontani, Aut ἰατρικὰ, in quo est Nicander, Macer, Serenus & Antimachus, aut ἁλιευτικὸν, ut in Oppiano, in Ouidio cernitur. Aut κυνηγετικὸν, quod Oppianus & Gratianus sibi uendicarunt. ὀρνιθογωνίαι quam Macer conscripsit, authore Ouidio 4. Tristium: ἰατρικά. ἁλιευτ. κυνηγετικόν ὀρνιθογονίαι.

Sæpe suas uolucres legit mihi grandior æuo
Quæq; nocet serpens, quæ iuuat herba Macer.

Aut γεωργικὸν quod Hesiodus, Virgilius tractarunt, sicut & Nicander cuius Georgicorum in .1. de oratore Cicero meminit. Sunt & complura alia discrimina, quæ fidelis lector poëtarum ipse obseruabit. Petitur autem ex physico artium genere. Georgica Nicand. georgica.

DE TERTIO POEMATVM genere.

VLtimũ poematis genus est κοινὸν seu μικτὸν, quod apud Platonẽ δι' ἀμφοτέρων dicitur. Est enim hic locus loquendi tam personis quàm Poëtæ uel in quo simul agitur & exponitur. Nam utriusq; generis superioris particeps est, ut Aeneis Virgilij. Ordiuntur autem ferè poëtæ narrantes, mox personæ inseruntur, ut Homerus sta- μικτὸν seu κοινὸν

tim ab exordio suæ Iliados *Chrysen loquentem facit, in odyssea* Iouem, *in* Batrochomyomachia *physignathon & psicharpacem*, Virgilius *in* Aeneide *Iunonem. &c.*

DE NOMINIBVS POETARVM.

Quæ uerò poëtis sunt certa nomina, esset curiosis adhuc controuersia. Aristoteles *tres agnoscit.* Epicos, Lyricos, *&* Dithyrambicos, *sub quibus reliquos contineri facile arbitratus est.* Nos *autem adolescentulorum gratia uelut in tabula plærosq; sigillatim pro uirili, sed paucis depingemus.* Heroici *ab argumento dicti sunt, quod gesta heroum canant, hi* κατ' ἐξοχὴν *poëtæ nominantur, qui fabulis allegoricis, historijs, & peculiari quadam dictione utūtur, in quo genere celebres sunt & præcipui,* Homerus, Hesiodus, Antimachus, Pisander, πανύασις. Poëma *autem ab his nuncupatur* Heroicum *Græce* ἡρωεῖον. Epici Heroici *quoq; carminis scriptores sunt* Aristoteli *&* Ciceroni, *sed uocabulum indicat ad res quaslibet eos respicere suis carminibus, sed ut* Heroicis *sint inferiores.* Sicut ῥαψῳδοί *eiusdem carminis sunt decantatorij scriptores, quorum diuersum est etymon apud autores.* Sunt *enim qui* ῥαψῳδούς *uocant* στιχῳδούς, *hoc est, quasi uersus* ᾠδικούς, qui

Heroici poetæ.

ἡρωεῖον.

Epici poetæ.

ῥαψῳδοί

qui concinuntur. Nam uocabulo ῥαβδῶν *non tantum uirgas, sed & uersus capiunt. Quare sphinx apud Sophoclem in tyranno, quod carmē accinebat & quasi consartiebat, dicitur* ῥαψῳδὸς κύων, *Canis uerò propter rapinas uocatur. Sunt qui à consuendis carminibus deriuant, ut sit* ῥάπτειν τὴν ᾠδὴν, *quod etiam Hesiodus conprobat, dum canit.*

ἐν Δήλῳ τότε πρῶτος ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις, ῥάψαντες ἀοιδὴν
φοῖβον ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε λητώ.

Sunt qui à collectis partibus in uniuersum poema eos nuncupant. Sunt qui eos prius ὁμηρίδας *dictos uolunt, qui ab Homero oriundi Homerica canebant Deinde uerò* ῥαψῳδοὺς, *qui aliò suos natales referebant, attamen nullos uersus à se factos illius poemati insereruunt, quorum & Pindarus meminit.* ὁμηρίδαι.

ὅθεν γὰρ καὶ ὁμηρίδαι
ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλ' ἀοιδοὶ
ἄρχονται διὸς ἐκ προοιμίου.

Breuiter ἐξηγητικῶς *Homeridas cantores uocat, ut plurimum consutorum carminum. Definiuntur tamen à plerisq; quòd Heroici sint, sed Paulo altius insurgentes. Lyrici sunt quorum poe-* Lyrici.

poëmata ad lyram, quæ cythara est, decantabantur, de quibus sic Cicero inquit, si optimorum quorũq; poëtarum, qui Lyrici à Græcis appellantur, uersus cantu spoliaueris, nuda remanebit oratio, & nisi tibicen accesserit orationi sunt solutæ similimi. Horum autem chorus colligebatur ex quinquaginta uiris, qui in corona stantes Lyrica poëmata concinebant, præsertim in ludis Obympicis, Pythijs, Nemæis, Isthmijs, in quibus ἐπινίκια habebantur, hoc est, laudes in honorem uictorum, ut in Pindaricis odis satis dilucide apparet. Præmium uerò eorũdem erat taurus, à quo taurophagi dicti sunt à comico quodam non sine scõmate. Græcis sunt nouem, qui apud interpretem Pindari μετρικῶς habẽtur, sed decima est Sappho, cuius hic est uersus.

Taurophagi.

Sappho.

εἰμ' εἰθ' ἡ λυρικῶν ἀοιδῶν δεκάτη, Inter hos tamen facile Pindarus princeps est, de aliorũ scriptis, quia interierunt, iudicare haud est integrũ. Latinis uerò est solus Horatius, qui etsi non omnes Lyricorũ ueterũ leges obseruauit, tamẽ grãmatici undeuiginti carminũ modos ab Horatio decantatos fuisse asserunt, qua de re aliàs copiosius. Dauidem quoq; Lyricum D. Hieronymus facit.

Dauid Lyricus

Elegiaci.

Elegiaci ἐλεγειοποιοὶ, seu ἐλεγειόγραφοι, & Eleographi scriptores erant τοῦ ἐλεγεῖν, id est mœsti poëmatis. Canebant enim luctus, lamen

tiones

tationes & querimonias uersibus impariter iunctis, uidelicet pentametro cum hexametro, quod περιελεγεῖον Græcis est, hoc est, epicedia epitaphiáq; canuntur. Postea tamen in omnem diffusæ sunt materiam, ut suo loco dictum est, atq; Cicero non obscuris uerbis ueterum elegos explicat, dum ait, Extrui uetat *sepulchrum altius quàm quinq; diebus absoluerit, nec è lapide excitari prius, nec imponi quàm quod capiat laudem mortui incisam, nec plus quatuor uersibus, quos* Elegos *appellat* Ennius. *Quare hoc genus carminis, Romani Næniã dixerunt.* Nam ἔλεγος *luctus est.* Græcis *uero sunt elegiaci Callimachus, Philetas, Mimerinus, latinis* Ouidius, *Tibullus, Propertius,* Gallus *& alij quàm plurimi.* Dithyrambici *Aristoteli sunt* διθυράμβοι, *lyrici quoq; iudicãtur, sed aliquã to altiora & plura complectuntur.* Dithyrambos *enim, id est, libros seu uersus in decus* Bacchi *componere soliti erant:* διθύραμβος *enim est* Bacchus, *ut etymon græcanicum significat,* παρὰ τὸ δύο, *seu* δὶς θύρας βῆναι, *siquidem bis natus est, aut per duas portas in lucem prodijt, tũ ex uentre* Semeles, *tũ ex* Iouis *fœmore.* Ad *hunc ergo poẽmata composita canebantur.* Eorundem *autem authores & quia* Bacchicos *motus imitati erãt,* διθύραμβοι *dicebantur, carmina uero dithyrambi,*

Nænia: ἔλεγος. Elegiaci poetæ.

Dithyrambus est Bacchus bis natus.

quorũ & Plato in Phædro meminit. Vides, inquit, uersus enunciatos, sed neutiquam dithyrambos. Nominantur ijdem & Cyclici à circulari, nisi fallor, saltatione, quæ apud Corinthios primum in honorem Bacchi instituta fuit, quam ἐξηγητικῶς Pindarus Bacchi charitas, id est, unicum oblectamentum in Olympijs appellasse uidetur. Accipiebant autem in concertatione palmam τρίποδα, uerum poëtæ tales numerãtur Arion Methymnæus, Lassus Hermionæus, Philoxenus Cytherius, & Pindarus iuxta Suidam, de quo sic Horatius in Odis.

Cyclici. Saltatio Circularis.

Laurea donandus Apollinari
Seu per audaces noua Dithyrambos,
Verba deuoluit, numerisq; fertur
Lege solutis,

Compositi enim erant ἐνρύθμως, ut Bacchicorũ multiplices flexus facilius exprimerentur. Quare certis pedibus uix adeo erant astricti, ut eorum septa transilire non licuisset. Id autem poematis genus latini non habent.

Iambographi. ἰαμβίζειν.

Iambographi qui Iambicis carminibus in conuitium utebantur ἰαμβίζειν enim est proscindere, & ὑβρίζειν, seu iuxta Diomedem maledicere. Ιαμβυκαι autem musica erant instrumenta, quibus Iambica concinebantur ab alijs Sambucæ seu σαμβύκαι nominabantur, authore Suida. Aristoteles

ἰαμβύκαι. Sambucę.

quoq;

quoq; eius rationem scripsit, ὅτι ἐν τῷ μέτρῳ ἰαμβίζειν ἀλλήλους, hoc est, quia mutuò se proscindebant, in hoc carminis genere. Cuius author erat Archilochus contra Lycamben socerũ suũ, ut infra copiosius explicatur. Tales autẽ sunt Ananias, Hipponax, Archilochus, Apud Latinos uerò Lucillius, Catullus, Horatius, Bibaculus, Martialis & alij. Sunt tamen & hodie nõ pauci eorundem scriptores sed materiam maledicendi aliquãtulum temperarunt. Archilochus.

Epigrammatographi seu epigrammatarij dicuntur epigrammatum scriptores. Sunt autem ἐπιγράμματα, quæ statuis, scyphis, donarijs, & alijs rebus inscribuntur, sicut epitaphium sepulchro impingitur. Id quidem uario carmine, sed in laudem aut uituperium fiebat. Nam ἐπιγράφειν sæpe tantũ est epigrammata ἐπιδεικτικὰ conscribere. Tales sunt Simonides iunior, Agathias, Latinis uerò Martialis, Claudianus, Ausonius, & nostra memoria Euritius Cordus, Sapidus & alij cõ plures. Quintilianus autem, Martialis, & Priscianus Ouidij quoq; Epigrammata uiderunt. Epigrammatographi. ἐπιγράμματα. Epitaphium. ἐπιγράφειν.

Sillographi quorum & Ammianus Marcellinus mentionem facit, sunt qui σίλλους conscribunt. Sunt autem Silli sales dicaces, cõuitia, & subsannationes Sillographi. σίλλοι.

Cæterum notum esse arbitror, Comœdiarum aliam esse palliatam, idest, Græcanicam, ex habitu græcorum dictam, à quibus translata est. In hac autem primus fuit Liuius Andronicus, postea Cæcilius, Plautus, Terentius, Turpilius & alij secuti sunt. Alia uerò est togata id est Rhomana iuxta habitum & ritum Rhomanorum, utraq; tamen harum rursus erat aut prætextata, aut tabernaria, aut Attellana, aut planipes, aut Rhintonica, quarum exempla ad nos non peruenerunt, de his legatur Donatus in Terentij prolegomenis.

Tertiũ δρᾶμα *est* σατυρικόν. *Satyra quæ eas fabulas continent, in quibus agrestium numinũ personæ introducuntur. Nã in hac non reges aut heroes ut in Tragœdia, non priuati homines & ciues, ut in Comœdia, sed Satyri introducti erant, iocandi ludendiq; causa, atq; ex istis quoddã* θελκτήριον *expectabatur, nimirum quod spectatores demulcerent suis iocis et lusibus, quorum aures inter tragicas & serias res penè obsurduerant. Quod prudenter sanè factum esse creditur, ut animus spectantiũ defatigatus nouitate rerum intercedentium remitteretur, & reficeretur, quó ad seria postea intentior esset. Soliti enim erant risus & scurrulitates cum luctibus Tragicis commiscere, non aliter atq; quosdam moriones. Aderant autem hic tot dij petulantes &*

illoti

illoti Satyri, quot tragici habuerant saltatores. Eius autem insignis author erat Pratynas. Apud latinos uero lōge alia est ratio Satyræ, quæ ut ex charactere ueteris Comœdiæ nata est, ita ad carpenda uitia tantum usurpata, sine ullo tamen proprij nominis titulo, & nouo quodam modo à Lucillio est conscripta, cui huius inuentum acceptum refertur uel Horatij consensu, qui sic ait de Lucillio, Græcis intacti carminis author. Quod si uerum est, quod Apuleius posteris scriptū reliquerat, nempe Enniū Satyras conscripsisse, tunc hic meritò eius esset author. Nam hic longe ante Lucillium floruit. Sed id in medio relinquemus, ad Lucillium reuertemur, qui ueterem Comœdiā in id poematis genus deformauit, quod ex Horatianis uersibus constat: Pratynas Lucillius Ennius

Eupolis atq; Cratinus, Aristophanesq; poëtæ.
Atq; alij, quorum Comœdia prisca uirorū, est.
Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant
Hinc omnis pendet Lucillius, hosce secutus,
Mutatis tantum pedibus numerisq; facetus.

Siquidem Satyrici poëtæ prorsus Satyrorum nasu tam dicacitatem, & mordacitatem imitabantur. Quare fit ut à nonnullis dicti sint Satyri ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι, quod est cachinnari, & Persius se ca- Satyri unde.

Poematis & uirile & fœmininum Sophron non comicus, de quo Atheneus, sed Syracusanus Euripidis tempore ῥυθμικῶς & soluta oratione conscripsisse traditur, quem Plato adeo probasse fertur, ut moriens eius poëma sub ceruice habuisse dicatur. Hij tamen mimographi propter leuitatem & lasciuiam pessum iuisse uidentur. Ouid: quoq; 2. Tristium argumenta eorum indicat, dum canit. Sophron.

Quod si scripsissem mimos obscœna iactantes,
Qui semper iuncti crimen amoris habent.
In quibus assidue cultus procedit adulter
Verbaq; dat stulto candida nupta uiro.

Verum Mimi Publiani, qui hodie circumferuntur, sententiæ multo grauissimæ & παροιμιώδεις. Mimi Publiani Erat quoq; sub Cæsare insignis & nobilis mimographus, Laberius eques Romanus, qui Romæ mimum egerat, ut infra copiosius enarrauimus, & de hoc sic Horatius alibi. Laberius Mimographus.

Sic Laberi mimos, ut pulchra poemata miror.

Hæc satis sunt de drāmatico genere, quod latinis actiuum est, in quo solæ personæ agunt, sine ulla poetæ intercessione.

ſtus, Heſiodus cuius aſtrologia, ut Plinius citat, ſeu ut Theon, ἀστρικὴ βίβλος interijt, Manilius, Ouidij Phænomena, quæ citat Lactãtius. Vrania Pontani, Aut ἰατρικά, in quo eſt Nicander, Macer, Serenus & Antimachus, aut ἁλιευτικόν, ut in Oppiano, in Ouidio cernitur. Aut κυνηγετικόν, quod Oppianus & Gratianus ſibi uendicarunt. ὀρνιθογονίαι quam Macer conſcripſit, authore Ouidio 4. Triſtium:

ἰατρικά. ἁλιευτικόν. κυνηγετικόν. ὀρνιθογονίαι.

Sæpe ſuas uolucres legit mihi grandior æuo
Quæq́; nocet ſerpens, quæ iuuat herba Macer.

Aut γεωργικὸν quod Heſiodus, Virgilius tractarunt, ſicut & Nicander cuius Georgicorum in .1. de oratore Cicero meminit. Sunt & complura alia diſcrimina, quæ fidelis lector poëtarum ipſe obſeruabit. Petitur autem ex phyſico artium genere.

Georgica. Nicand. Georgica.

DE TERTIO POEMATVM genere.

VLtimũ poematis genus eſt κοινὸν ſeu μικτὸν, quod apud Platonẽ δι' ἀμφοτέρων dicitur. Eſt enim hic locus loquendi tam perſonis quàm Poëtæ uel in quo ſimul agitur & exponitur. Nam utriuſq; generis ſuperioris particeps eſt, ut Aeneis Virgilij. Ordiuntur autem ferè poëtæ narrantes, mox perſonæ inſeruntur, ut Homerus ſta-

μικτὸν ſeu κοινὸν

ſtim ab exordio ſuæ Iliados Chryſen loquentem facit, in odyſſea Iouem, in Batrochomyomachia phyſignathon & pſicharpacem, Virgilius in Aeneide Iunonem. &c.

DE NOMINIBVS POETARVM.

Quæ uerò poëtis ſunt certa nomina, eſſet curioſis adhuc controuerſia. Ariſtoteles tres agnoſcit. Epicos, Lyricos, & Dithyrambicos, ſub quibus reliquos contineri facile arbitratus eſt. Nos autem adoleſcentulorum gratia uelut in tabula plæroſq; ſigillatim pro uirili, ſed paucis depingemus. Heroici ab argumento dicti ſunt, quod geſta heroum canant, hi κατ' ἐξοχὴν poëtæ nominantur, qui fabulis allegoricis, hiſtorijs, & peculiari quadam dictione utūtur, in quo genere celebres ſunt & præcipui, Homerus, Heſiodus, Antimachus, Piſander, πανύασις. Poëma autem ab his nuncupatur Heroicum Græce ἡρωϊκόν. Epici Heroici quoq; carminis ſcriptores ſunt Ariſtoteli & Ciceroni, ſed uocabulum indicat ad res quaslibet eos reſpicere ſuis carminibus, ſed ut Heroicis ſint inferiores. Sicut ῥαψῳδοί eiuſdem carminis ſunt decantatorij ſcriptores, quorum diuerſum eſt etymon apud autores. Sunt enim qui ῥαψῳδοὺς uocant ςιχῳδοὺς, hoc eſt, quaſi uerſus ᾠδικοὺς, qui

Heroici poetæ.

ἡρωϊκόν.

Epici poetæ.

ῥαψῳδοί

qui concinuntur. Nam uocabulo ῥαβδῶν non tantum uirgas, sed & uersus capiunt. Quare sphinx apud Sophoclem in tyranno, quod carmē accinebat & quasi consarciebat, dicitur ῥαψῳδὸς κύων, Canis uerò propter rapinas uocatur. Sunt qui à consuendis carminibus deriuant, ut sit ῥάπτειν τὴν ᾠδὴν, quod etiam Hesiodus conprobat, dum canit.

ἐν Δήλῳ τότε πρῶτος ἐγὼ καὶ ὅμηρος ἀοιδοὶ
μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις, ῥάψαντες ἀοιδὴν
φοῖβον ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε λητώ.

Sunt qui à collectis partibus in uniuersum poema eos nuncupant. Sunt qui eos prius ὁμηρίδας dictos uolunt, qui ab Homero oriundi Homerica canebant Deinde uerò ῥαψῳδοὺς, qui aliò suos natales referebant, attamen nullos uersus à se factos illius poemati insereruunt, quorum & Pindarus meminit. ὁμηρίδαι.

ὅθεν γὰρ καὶ ὁμηρίδαι
ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πολλ' ἀοιδοὶ
ἄρχονται Διὸς ἐκ προοιμίου.

Breuiter ἐξηγητικῶς Homeridas cantores uocat, ut plurimum consutorum carminum. Definiuntur tamen à plerisq; quòd Heroici sint, sed Paulo altius insurgentes. Lyrici sunt quorum poemata Lyrici

poëmata ad lyram, quæ cythara est, decantabantur, de quibus sic Cicero inquit, si optimorum quorumq; poëtarum, qui Lyrici à Græcis appellantur, uersus cantu spoliaueris, nuda remanebit oratio, & nisi tibicen accesserit orationi sunt solutæ similimi. Horum autem chorus colligebatur ex quinquaginta uiris, qui in corona stantes Lyrica poëmata concinebant, præsertim in ludis Obympicis, Pythijs, Nemæis, Isthmijs, in quibus ἐπινίκια habebantur, hoc est, laudes in honorem uictorum, ut in Pindaricit odis satis dilucide apparet. Præmium uerò eorundem erat taurus, à quo taurophagi dicti sunt à comico quodam non sine scômate. Græcis sunt nouem, qui apud interpretem Pindari μετρικῶς habētur, sed decima est Sappho, cuius hic est uersus.

Taurophagi.

Sapphus

εἰμ᾽ εἰδ᾽ ἡ λυρικῶν ἀοιδῶν δεκάτη, Inter hos tamen facile Pindarus princeps est, de aliorū scriptis, quia interierunt, iudicare haud est integrū. Latinis uerò est solus Horatius, qui etsi non omnes Lyricorū ueterū leges obseruauit, tamē grāmatici undeuiginti carminū modos ab Horatio decantatos fuisse asserunt, qua de re aliàs copiosius. Dauidem quoq; Lyricum D. Hieronymus facit.

Dauid Lyricus

Elegiaci.

Elegiaci ἐλεγειοποιοί, seu ἐλεγειόγραφοι, & Eleographi scriptores erant τοῦ ἐλεγεῖν, id est mœsti poëmatis. Canebant enim luctus, lamen

tiones

tationes & querimonias uersibus impariter iunctis, uidelicet pentametro cum hexametro, quod ἡρωελεγεῖον Græcis est, hoc est, epicedia epitaphiaq; canuntur. Postea tamen in omnem diffusæ sunt materiam, ut suo loco dictum est, atq; Cicero non obscuris uerbis ueterum elegos explicat, dum ait, Extrui uetat sepulchrum altius quàm quinq; diebus absoluerit, nec è lapide excitari prius, nec imponi quàm quod capiat laudem mortui incisam, nec plus quatuor uersibus, quos Elegos appellat Ennius. Quare hoc genus carminis, Romani Næniã dixerunt. Nam ἔλεγος luctus est. Græcis uero sunt elegiaci Callimachus, Philetas, Mimerinus, latinis Ouidius, Tibullus, Propertius, Gallus & alij quàm plurimi. Dithyrambici Aristoteli sunt διθυράμβοι, lyrici quoq; iudicãtur, sed aliquãto altiora & plura complectuntur. Dithyrambos enim, id est, libros seu uersus in decus Bacchi componere soliti erant: διθύραμβος enim est Bacchus, ut etymon græcanicum significat, παρὰ τὸ δύο, seu δὶς θύρας βῆναι, siquidem bis natus est, aut per duas portas in lucem prodijt, tũ ex uentre Semeles, tũ ex Iouis fœmore. Ad hunc ergo poẽmata composita canebantur. Eorundem autem authores & quia Bacchicos motus imitati erãt, διθυράμβοι dicebantur, carmina uero dithyrambi,

Nænia: ἔλεγος.

Elegiaci poetæ.

Dithyrambus est Bacchus bis natus.

quorũ & Plato in Phædro meminit. Vides, inquit, uersus enunciatos, sed neutiquam dithyrambos. Nominantur ijdem & Cyclici à circulari, nisi fallor, saltatione, quæ apud Corinthios primum in honorem Bacchi instituta fuit, quam ἐξηγητικῶς Pindarus Bacchi charitas, id est, unicum oblectamentum in Olympijs appellasse uidetur. Accipiebant autem in concertatione palmam τρίποδα, uerum poëtæ tales numerãtur Arion Methymnæus, Lassus Hermionæus, Philoxenus Cytherius, & Pindarus iuxta Suidam, de quo sic Horatius in Odis.

Cyclici. Saltatio Circularis.

Laurea donandus Apollinari
Seu per audaces noua Dithyrambos,
Verbã deuoluit, numerisq; fertur
Lege solutis,

Compositi enim erant ἐνρύθμως, ut Bacchicorũ multiplices flexus facilius exprimerentur. Quare certis pedibus uix adeo erant astricti, ut eorum septa transilire non licuisset. Id autem poematis genus latini non habent.

Iambographi. ἰαμβίζειν.

Iambographi qui Iambicis carminibus in conuitium utebantur ἰαμβίζειν enim est proscindere, & ὑβρίζειν, seu iuxta Diomedem maledicere. Ιαμβυκαὶ autem musica erant instrumenta, quibus Iambica concinebantur ab alijs Sambucæ seu σαμβύκαι nominabantur, authore Suida. Aristoteles quoq;

ἰαμβύκαι. Sambucæ.

quoq; eius rationem scripsit, ὅτι ἐν τῷ μέτρῳ ἰαμβίζειν ἀλλήλους, hoc est, quia mutuò se pro scindebant, in hoc carminis genere. Cuius author erat Archilochus contra Lycamben socerũ suũ, ut infra copiosius explicatur. Tales autẽ sunt Ananias, Hipponax, Archilochus, Apud Latinos uerò Lucillius, Catullus, Horatius, Bibaculus, Martialis & alij. Sunt tamen & hodie nõ pauci eorundem scriptores sed materiam maledicendi aliquãtulum temperarunt. Archilochus.

Epigrammatographi seu epigrammatarij dicuntur epigrammatum scriptores. Sunt autem ἐπιγράμματα, quæ statuis, scyphis, donarijs, & alijs rebus inscribuntur, sicut epitaphium sepulchro impingitur. Id quidem uario carmine, sed in laudem aut uituperium fiebat. Nam ἐπιγράφειν sæpe tantũ est epigrammata ἐπιδεικτικὰ conscribere. Tales sunt Simonides iunior, Agathias, Latinis uerò Martialis, Claudianus, Ausonius, & nostra memoria Euritius Cordus, Sapidus & alij cõ plures. Quintilianus autem, Martialis, & Priscianus Ouidij quoq; Epigrammata uiderunt. Epigrammatographi. ἐπιγράμματα. Epitaphium. ἐπιγράφειν.

Sillographi quorum & Ammianus Marcellinus mentionem facit, sunt qui σίλλους conscribunt. Sunt autem Silli sales dicaces, cõuitia, & subsa- Sillographi. σίλλοι.

nationes

σιλλαίνειν. nationes. Nam σιλλαίνειν est dicaciter eludere & mordere iuxta Pollucem. Quare Silli poëmata sunt maledica, quæ carpunt & conuiciantur. Quales erant olim duo, unus quidem Timon Phliasius, cuius poëma amarulentum & conuitijs plenum fuisse, Gellius. 3. cap. 17. testatur. Alter uerò Chenophanes Colophonius, cuius & Strabo meminit.

Hymnographi. ὑμνηταί. Hymnographi seu ὑμνηταὶ sunt diuinarum laudum compositores, quorum epitheton est ὑμνοπόλοι, qui circa hymnos crebro uersantur. Est autem ὕμνος iuxta Ammonium, deorum, sicut ἐγκώμιον hominum laus est. Porrò in hoc genere recensentur, Orpheus, Homerus, Callimachus, & apud Christianos Sedulius, Prudentius, Ambrosius. Hymnorum autẽ olim certæ formæ erãt à dijs sumptæ, ut Dianæ ὕπιγγος, Apollinis ὑπόρχημα uel παιὰν, Dianæ & Apollinis προσοδία, Dionysij Dithyrãbus, Cereris ἴουλος Veneris ἐρωτικός.

ὕμνος. ἐγκώμιον. ὕπιγγος. ὑπόρχημα παιάν. προσοδία. Dithyrambus. ἴουλος. ἐρωτικός.

Hymni a materia dicti. Vocabantur quoq; hymni à materia. Nam si Dei alicuius inuocationem continebant κλητικοί, si eius ductum seu peregrinationem ἀποπεμπτικοί, si alicuius naturam, φυσικοὶ aut φυσιολογικοί, si deuotionem & imprecationem καταρατικοί, si doctrinam διδακτικοί, si reprehensionem μεμπτικοί, si uituperiũ impiorũ ψεκτικοί, si allegoriam fabulæ μυθικοί, si natalicia & schema-

taco-

ut cognationis γενεαλογικοί, si uota εὐκτικοί, si admonitionem νουθετικοί, si gratiarum actionem εὐχαριστικοί, si laudem ἐπαινετικοί seu ἐγκωμιαστικοί, si cõmiserationem σχετλιαστικοί, si magnificentiam & gloriam δοξαλογικοί, si explicationem beneficij diuini ἐξηγητικοί, & alij quam plurimi, qui & in psalmis Dauidicis recte adnotandi sunt, ex affectuũ diuersitate & argumentorum. Asmatographi sunt qui fingunt ἄσματα & ᾀσμάτια, id est cantus & canciunculas, quæ tamen musicæ sunt, sed metrica structura componendæ, quatenus poëtarum munus exigit, & ad lyram, barbytõ, concham, sambycen, aut ad aliud musicum instrumentum eædem cantilenæ concinebantur. Hi uerò uix nostris temporibus μουσοποιοί seu symphonistæ. Olim talis iudicatur fuisse Phemius, & Demodocus Homerici. Sed si quis penitus introspexerit, Dauidem quoq; asmatographũ agnoscet. Cõstat enim hũc, nunc subditis suis, nunc filijs Coræ, nunc alijs atq; alijs psalmum cõscriptum tradidisse, ut ab ijsdem decantaretur. Verisimile quoq; est olim eiusmodi Germanis fuisse, quando annales suarum rerum gestarum cantilenis complectebantur, authore tacito.

ἀσματογραφοι.

Dauid.

Epithalamographi nuptialis carminis sunt scriptores, quod ἐπιθαλάμιον Græcis dicitur. Solebãt enim

Epithalamographi.

CATALOGVS PRAECEPTORUM Horatianorum in poetica.

Quodnā

COMMENTARIA IN ARTEM POETICAM HORATII

Authore Iodoco Vuillichio Resselliano.

DE QVIBVSDAM VITIIS Poematum.



ORE prudentis agricolæ docturus, poetastrum Horatius in primo uestibulo facit. Nā quemadmodum ille prius noxias herbas eruncat, ut semētis facta ad frugē perueniat, ita hic ante diligenter uitia extirpat, quā uirtutes poematis explicet. Siquidē exigit primo ut iusta œconomia seruetur, ne quid ἀνακόλουθον esset: Mox ut ἄχορδα uitentur, ne male figuratum esset: Deinde ut tota rei imago quodammodo uerbis depingatur, ne obscurum imò perspicuum dicendi genus esset: Tū

Quę scripturienti obseruāda.

ut uniuersa recte & suo loco aptentur, ne natura rei deprauata esset. Postea ut iusta symmetria, quæ sibi à capite usq; ad calcem responderet, custodiretur, ne male affectum poëma esset. Postremo ut ea quibus par esse nequit, nō desererentur, ne turpiter uel in primo limine sese daret. Quæ uniuersa capita uno uerbo τῆς κακοζηλίας *complecti licebit.*

κακοζηλία.

Quia hic peruersa imitatio est malaq; paßim affectatio quæritur, interim uirtus in uitia labitur, uelu ti in atticismo, ad quē tantopere iste poetaster anhelat fit ieiunus & aridus. Ex copia *existit futilis lo quentia, in qua pleraq; sunt tumida, exilia, abundantia, & accersita, hic specie boni erratur, hic aliter quā natura se habet, & quā oportet, & quam sat est poema pingitur. Multis enim modis* κακόζηλον iuxta Hermogenem *fit, qui sic ait,* ἢ κατὰ τὸ ἀδύνατον, ἢ κατὰ τὸ ἀνακόλουθον, ὃ καὶ ἐναντίωμα δεῖν, ἢ κατὰ τὸ αἰσχρόν, ἢ κατὰ τὸ ἀσεβὲς ἢ κατὰ τὸ τῇ φύσει πολέμιον. Quod *est,* Cacozelū *est quod neq; fieri, neq; cōsequi, neq; simi leprioribus esse, neq; honestum, neq; piū & iustū neq; naturæ cōsentaneū esse potest. Verū si quis docē di gratia in certa capita redigere uelit, per me facile cuilibet integrum erit, ordine, quem* Horatius *habet.* Primum *igitur* ἀποικονόματον, Alterum ἀσχήματον, Tertium ἔνδεια τῆς ἐναργείας

κακόζηλον fit multis modis

Quar

Quartū κακοσύνθετον. Quintum ἀσύμμετρον. Sextū proprie κακόζηλον diceretur, quæ & alia complura inter enarrandum explicabimus. Notum enim est tot generibus orationem ornari quot ipsa corrūpitur. Igitur si quis uitia uitauerit quam diligentißime, non parum poema suum adornabit.

Cacozeli species.

Oratio tot ornatur generibus q̄ corrumpitur.

PRIMVM PRAECEPTVM.

Humano.) Requiritur ut iusta sit œconomia poematis, seu artificiosa dispositio, ne quid sit eadem neglecta monstrosum. Quod sane cacozelum dicitur τῇ φύσει πολέμιον. Est enim ea monstri species, non in cuius aspectu inæqualitas nata est, sed quæ Græcis est ἑτερομορφία qualis fingitur apud Poetas Minotaurus, quale in Periandri armento iumentū ex equa prognatū erat, quod humanam effigiem pectore tenus habuit, cætera bestiam. Sic Horatij monstrum quoq; adumbrabitur, ueluti si Helena depingenda, quæ omnium formosißima fuit, poetarum & oratorum testimonio, cui si quis caput humanum, ceruicem equinam, non sine plumis effingeret, ut reliqua in piscem desinerent, nonne id monstri ἑτερομορφώτατον esset? Quod dilucidius pictorum similitudine adprobat. Nam ut si isti non satis apte membra unius rei congesserint, sed turpiter quælibet uel diuersa intra se

Poematis cōnomia.

ἑτερομορφία

citra delectũ & iudiciũ, cõmiscuerint, omnibus deri-diculo sunt. Ita poetastri ex se ludos faciunt, si dissi-milia coniunxerint. Id aũt ferè fit, ut ijdem parum ex ercitati, in sua magna copia maxime inopes, ex quorũ libet authorũ tumultuaria lectione, passim emẽdicent, emendicata quẽadmodũ furta male sibi cohæreãt, nihil que πρός ἔπος faciant. Et *sicut in pictore requiri tur, ut sit* εὐφαντασίωτατος, *qui res, actus & figuras quàm optime fingit, qui dolẽtis, ridentis, ægro tantis, periclitantis, morientis, & id genus species in numeras animo conceptas quã decentißime affingere potest, sed ita ne temere obuia & incogitata con ferruminet, ut μία κόνις, sicut dicitur, esset. Sic enim futurum esset, ut placida immitibus, ferocia pa cificis coniungerentur, quod uel à natura nimis quã abhorreret.* Ita Poeta *aut* poetices *studiosus cauebit, ne omnia confundantur, sed ut suis locis singula disponantur, omnes neruos intendet, adeo ut princi pium fini, & finis principio conformis sit, ne uana accersantur, quæ non alia sunt atq; febrilia somnia, quæ sic* παροιμιακῶς *dicuntur, sunt enim phan tasmata monstris similia, quibus nec pes nec caput redditur uniforme sed in numero monstrosorum par tuũ erit. Quare id quoq; faciem prouerbij obtinebit.*

Pictor qualis esse debeat.

Pictoribus atq.) ἀνθυποφορὰ *est iuxta uetus dictum, quod est, liberi sunt poetæ & pictores.*

Nam

Nam & hodie & olim credebatur, in eorundem manibus esse quid uis fingere & comminisci. Confertur autem non hic tantum, sed & paßim aliás, cum pictura non temere ipsa Poetice. Est enim hæc loquens pictura, ut Simonides apud Plutarchũ ait, accedit & hoc, quod sæculum Demosthenis γραφέας, tam sculptores & pictores, quàm scriptores uocauerat, cuius appellationis uestigium Germanis adhuc reliquum est, quando Hellenismum in dictione γράφειν sequuntur. Taceo antiquißimam Aegyptiorum rationem, apud quos aut pingendum aut sculpendum erat, cum quid uel significare, uel posteris mandare uoluerunt. Quod notæ hieroglyphicæ plusquam satis commonstrant. Omitto quod Aeneas Dædali cælaturam, teste Virgilio, perlegerat. Quid multis? Poetica loquitur, quod pictura ostendit.

Poetę & pictores liberi.

Poetica cum pictura confertur

γραφεῖς. qui:

γράφειν.

Scimus.) *παρομολογία, Concedit enim utriq; libertatem, ut Criticus, sed rursus ut Poeta seu author eandẽ sibi uendicat. Fatetur quidem τὸ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον εἶναι, ut est apud Lucianum, sed licentiam damnat, qua quis sibi permitteret uel alienißimè à natura pingere. Quotusquisq; enim huiusmodi σοφισμοὺς probaret, quibus humillima, atq; adeo quæ humi serpunt, sublimibus, & rursus ferocia cum mitißimis commutarentur, ac ueluti in unam massam transfunderentur, quæ maxime*

ποιητικὸν ἐλεύθερον φῦλον.

Licentia poetis non conceditur

ξime sibi contraria sunt? Proinde curandum est, ut dicendi copia, sed uniformis in promptu habeatur, quam lib. 1. Epistol. ad Atticum Cicero λυκύθους appellasse uidetur, & Plato ἀνάγκην λογογραφικὴν, quando orationis series ita seruatur ut oẽs partes sibi necessario cohæreant, atq; cõsentiant ne reptilia uolatilibus coniungantur, sed ut eadem figura & ὁμοτροπία ubiq; seruetur, nullaq; sit ἀνωμαλία, quæ in scriptis Sophoclis reprehensa fuit, sicut λαλία in Euripide. Porrò ut serpentes auibus ita agnos tigribus associari contra naturam est, Itaq; prouerbij instar de ijs dicuntur, quæ sibi coniungi nequeant, propter mores & naturam dissimillimam. Est enim uti agnis nihil mitius, tigribus nihil ferocius, ita in auibus sublimitas in serpentibus humilitas cernitur.

λήκυθοι.

ἀνάγκη λογογραφική,

Ἀνωμαλία in Sophocle notata, λαλία in Euripide.

PRAECEPTVM. II.

Inceptis grauibus.) Id sibi uult ut omnia sint εὔστοχα, id est, quæ ad rem pertinent, rectaq; diriguntur, ne qua sit ἄκαιρος rerum inculcatio, quib. hic locus esse nequit. Nã sæpe ea afferũtur, quæ tãtũ ad rẽ faciũt, quantũ crepidæ, ut dici solet, clauus trabalis. Rhetores quidem eadẽ nũc παρυπόνοιαν uocant, ἀπόνοιαν nũc cũ quis ἀπὸ νοῦ, hoc est, à proposito recedit, & aliena immiscet. Dialectici autem ἄτοπα, uulgo impertinentia nuncupant, nimirum

In poemate omnia sint εὔστοχα,

rũ quod huius loci nõ sunt, quòd huc nõ pertineant, sed prorsus sunt intẽpestiua. Quid enim ineptius esse queat quàm ita temere congerere, ut pseudomantes apud Lucianum oracula miserat, quæ neq; cœlum, ut dicitur, neq; terram attingebant. Talia autem apud Athenæum alias πάραυλα μέλη id est, cantiones, quæ ad tibiam non respondebant, alias ἀκρότητα κύμβαλα id est, cymbala quæ non ad rhithmos saltationis quadrabãt, alias ἀμουσολογίας, id est, intempestiuos sermones seu fabulas, nihil ad rem facientes, nominant. Quare optime Plinius posterior adhortatur, primum, inquit, ego officium scriptoris existimo, titulum suum legat atq; subinde interroget se, quid cœperit scribere, sciatq;, si materiæ immoratur, non longum esse, longissimum si aliquid accersit, atq; attrahit. Vides quot uersibus Homerus, quot Virgilius arma, hic Aeneæ, Achillis ille describit, breuis tamen uterq; quia facit quod instituit &c. Itaq; merito eos deridet, qui relicta materia incepta, eaq; graui ἀπροσδιόνυσα affer unt, quæ sine ullo iudicio inculcantur.

πάραυλα μέλη

κύμβαλα ἀκρότητα

ἀμουσολογίαι

Pannus) ἀλληγορία seu similitudo. Nam sicut uestiarius ineptus est, qui in toga uirili pannũ purpureum, & fulgentem, qualis est dibaphus, aut amethysnatus assuit, cum hic prætextam potius deceret,

quæ græcis est περιπόρφυρος. Ita Poeticæ initiatus non dißimilis grande quippiam auſpicatus mox ſucumbit, cuius maxime peritus eſt. Quod genus ſunt Lucus Dianæ, Ara, fluuius quispiam, Iris, & id genus alia, cum hæc ὀν τῇ μοῖραν inſerantur recte clamandum eſſet, Nihil ad Bachum.

Digreßiones quur fiant.

Aut flumen) Digrediendi ratio poetaſtrum fallit, cum orationē dilatare uult ſumpta occaſione διὰ παρέκβασιν, ſed ita conandū ne aliena à re depromātur. Fiūt. n. digreßiones duplici de cauſa uel propter rem uel propter auditorē, propter rē quidē ut hæc facilius percipiatur & credatur, propter auditorem autem, ut is diutius iſta rerum copia detineatur. Vtilis igitur eſt ad docendum & ad perſuadendum, ad detinendum, & inſinuationem. Porrò hæc quadruplex eſt, aut repetita, cum altius rem deducimus, quam pro materia inſtituta, uel quia à primo fonte res repetitur, ut ſcripturus de amicitia alte repetit de ſocietate, altius q̃ homo ſit πολιτικὸν ζῶον, altißime q̃ ſemina honeſtatis, cuius pars eſt & amicitia, nobis innata ſunt. Altera eſt producta, quæ non ad fontem reſpicit, ut ſuperior, ſed ad riuos nempe cum alia adijciuntur ſupra prioris fili argumentum. Vt cum quis liberalitatem ſuaſurus adijciat non tantum pecuniam, quæ liberalitatis neruus eſt

Digreßio quadruplex.

Dig. Repetita.

Dig. producta.

uis est, sed etiam sanguinem & uitam impendendã esse, quæ quando fusius explicãtur productæ digressionis nomen habẽt. Tertia est *deriuata, cũ digredi mur uel ex uerbo uel ex sententiola. Qua fit ut altius repetantur de instituto argumento, quæ sine incõmo do ommitterentur.* Fit *autem quando historiæ inseruntur, fabulæ, descriptiones rerum, uel naturalium uel moralium, dialogismi, prosopopeiæ, & ethopeiæ & alia, quæ de copia docentur.* Vltima *est annexa uel assuta, quæ etsi extra rem infertur, attamen eidem bene applicari potest.* Vt *in descriptione pueritiæ, si quis ad ipsum uer egrederetur, cuius hypographe satis longa inseritur, sed postea similitudo adaptabitur.* Exempla *autem* Horatiana *sub nulla specie digreßionis comprehendi poßunt.* Quare *inepta erit talis rerum inculcatio.* Dig. deriuata. Dig. annexa.

Simulare cupressum) *παροιμιακῶς dicitur de eo, qui intempestiue ingerit, id quod didicit, cum ad rem nihil attineat. Aut si quis mauult, in eũ quadrat, qui grande quippiam molitur, quod in spõgiam recidit, quia alia præter historiam affingit, ut si naufragus depingendus esset mox is arrepto penicillo cupressum adumbrat, tanquam graue quippiã postea picturus esset.* Atq; *id uoluit* Horatius *quando amphoram, hoc est μεταφορικῶς magnum quoddam argumentum primum instituitradit, mox* Simulare cupressum prouerbium.

 in opere

Pictores uete-res.

in opere ipso effingēdo uix urceolus formatur. Alludit autem ad ueteres pictores, qui depicto Heroe, aut Deo arbustum aliquod, situm regionis, auiculas, lepores, ceruos, & id genus alia ornamenti causa addebant. Et quàm uerißime πάρεργα dicta sunt in quorum numero cupressus censebatur, quod Plinius scriptum reliquit. Trahitur cupressus, inquit, in picturas, opere historiali uenatus, classesuè & imagines rerum tenui folio & uirente superne uestiens. Subindicat quoq; aliam ueterem Romanorum consuetudinem, quibus erat, Neptuni templum in Tyberis ripa, quo loco hodie est diui Basilij, seu ut uulgus ait, Blasij phanum. In hoc autem tabellas, quibus naufragium pictum erat ponebant, auhore Fulgentio quas pecunia (id enim æris tum nomen sibi uoluit) data à pictore quopiam naufragi redimebant.

Cupressus.

In Neptuni templo naufragia depicta reponebantur

Rota.) figlina seu plastica, et prouerbiali figura dicitur, Ex amphora fit urceus, hoc est, ex graui incepto uulgare & plebeium, adeoq; minimum nascitur. Amphora enim permagnum uas erat, quod circūquaq; per amphorarios gestabatur, quod pariter etymon Græcorum subindicat Latinis potest esse quadrantal. Vrceus uero uasculum duntaxat, quo iuxta Paulum Iurisconsultum aqua in æneum infunditur.

Ex amphora fit urceus, prouer.

Amphora.

Quadrantal.

Vrceus.

Simplex

Simplex.) *Clausula est utriusq; præcepti, ut in contextu orationis nihil sit monstrosum, nihil repugnans, nihil aliunde accersitum, quod rei præsenti pro dignitate non responderet. Sed utrobiq; simplicitas & τὸ ὁμοιοσχημονεῖν requiritur.*

III. PRAECEPTVM.

Maxima pars) *Sicut in primo erat κακοσύστατον ἀπίθανον & in proximo ἄχρωμον, ita hic est ἀπρεπές. Siquidem id exigitur, ut quæque suo orationis & styli genere iuxta decorum à poëtis decantentur. Nam sæpe fit dum breues esse affectamus prorsus obscuri simus. Sunt enim huiusmodi uitia uirtutibus admodũ cognata, uelut ἁδρόν hoc est amplum & sublime tumido & inflato, ἰσχνόν id est, tenue humileq; arido & sicco, μέσον, hoc est, medium seu moderatum lepido ac dissoluto quod prorsus eneruc est. Quare pauci sibi probe cauere queunt. Nam ut non fallimur nisi à fucatis amicis, quod Ouid. cecinit:* τὸ πρέπον seruandum. Vitia uirtutibus in poemate cognata.

Tuta frequens uia est per amici fallere nomen,
Tuta frequensq; licet sit uia, crimen habet.

Ita scripturientes recti tãq̃ cẽtri imagine decipiũtur,

Nam mala sunt uicina bonis, errore sub illo
Pro uitio uirtus, crimina sæpe tulit.

Decipiuntur autem poetæ non imperitia & amentia, seu inertia, quod uerum non attingant, Poetę quibus decipiantur.

quibus ſanè nullus locus ueniæ eſſe poteſt, ſed potius infirmitate, atq; errore non uolũtario, neq; animaduerſo cadunt in uitiũ perquàm cognatũ uirtuti, cuius errati hic mentio fit. Sunt autem quatuor orationis genera cum uirtute coniuncta. Breue, æquabile ſeu leue, grande, & humile, quæ nunquam uituperari poſſunt, ſi quis iiſdem recte uſus fuerit. Contra uitioſæ ſunt orationes ex affinitate repugnantes, quales ſunt diminuta, quæ & obſcura eſt, inæquabilis, turgida quæ tumens, ſeu enormis uocatur, & abiecta ſeu humi repens. Prima autem oratio breuis eſt quæ de induſtria magnas ſententias in pauca uerba confert, ut, campus ubi Troia fuit, aut Fuimus Troes, breuiter hæc ea eſt, in qua copia, tam rerum quã uerborum ablata eſt. E contra diminuta eſt, in qua uitioſe aliquid neceſſarium deeſt, ut ab omnibus intelligatur, ideo redditur obſcura. Verum quæ aſtricta eſt, & ſuccincta tollerari poteſt. Nam in hac ſine iactura nihil auffertur, qua Lyſias & alij ſcriptores Attici uſi ſunt. Saluſtius autem in quibuſdam locis uitioſus propter hanc eſſe uidetur. Quare cauit Horatius ut poetæ breue orationis genus ſecuturi ſtudioſe laborent, ne fiat obſcurum propter orationem diminutam, in qua ſæpe tanta eſt obſcuritas, ut Delio natatore opus eſſet. Nã non omnibus datũ eſt ſcopum attingere. Altera autem orationis ſpecies eſt

Orationis genera quatuor.

Vitioſæ orationes.

Oratio breuis.

Oratio diminuta.

Oratio æquabilis.

est æquabilis, in qua prima respōdet extremis, extre ma primis æquabiliter. Est enim oratio in proportione æquabilis, cum sui sit similis per omnia, quemadmodum Quintilianus ait Apollonium Rhodium scripsisse quoddam opus æquale quadam mediocritate. Contraria autem illi est inæquabilis, quæ sui dissimilis, ideo non est idem color orationis in principio & in fine. Quare nerui & animi deficiunt, ut orationem efficerent, quæ singulis suis partibus cum argumento & alijs, quæ ad id spectant, conuenirent. Veluti fit cum copiam affectant, eamq; persequi nequeunt, quod uitiū signate λογοδιάρ apud Dionisiū Halicarnaseū uocatur. Horat. aūt μεταφορικῶς neruos deficere ait, qui sectatur leuia hoc est copiosa et bene currētia instar fluminis hyberni niuibus aucti. Porro tertia forma est grandis, quæ alias dicitur magna, aliâs sublimis, aliâs celsa. In qua primū sunt uerba urbana, quibus suo loco antiqua quoq; inserere licet Ciceronis cōsilio, ut tempestas pro tēpore et alia id genus. Deinde est eorū sonus amplus & magnificus, sicut apud Græcos fit perpetuitate uocalium. Quæ causa est cur subinde Homerus ad dialecton Ionicam recurrerit, in qua nullæ sunt synereses, sed diereses, id est, uocalium resolutiones. Latini autem sermonem restringunt, ne per hiatus in uastitatem quandam, & hiulcam pronunciatio

Oratio inæquabilis.

λεγοεδία.

Grandis oratio.

Homerus cur potiss. Ionica dialecto usus?

nem exeat. Quare diligentius earum uocalium uitant concursum, quæ ore magis patulo efferuntur ut a & e maxime apud Italos, quam i & u, o autem medium est. Quis uero literarum singularum sonus in dictionibus, Pontanus in dialogo, qui Actius Syncerus inscribitur, & Hieronymus Vida Cremonensis in poetica nonnulla tradiderunt, plura forsan & exquisitiora suo tempore nos in publicum proferemus. Postea uero adest plena compositio in periodis & eius partibus. Permittitur enim hic ut periodi sint fusæ, sed non licentiosæ. At quæ illi repugnant Turgida est, quæ uocabula grandia, supra communem modum usurpat quasi electa, & undiq; exquisita cum sono immodico, & colis & periodis prælongis, deniq; cum concentu numeroso & inflato, quæ ideo damnatur quia modum non seruat neq; in uocabulis, neq; in sono, neq; in compositione. Quamobrem Horatius eum decipi ait, qui grandi orationis genere usurus, in turgidũ turpiter cadit, q, olim Asiaticis oratoribus accidit, qui tumidiores, iactãtiores & maiore dicendi gratia inflati erant. Tales .n. sunt qui grandia & altiloqua profitentur sed interim turgent, ut de Stesichore & Aeschilo legitur. Vltima aũt orationis species est humilis uel depressa, quæ minutis uerbis, exili sono constat, membris & periodis exiguis, & arctis, nec numero astric-

Pontani Actius Syncerus.

Hieronymus Vida.

Turgida oratio

Asiatici oratores.

Oratio humilis

ro astrictis, aut contortis, qualis est M. Varronis de rebus rusticis. Ab illo uero recedit abiecta quæ hic dicitur humi serpens humili depreßior propter uerba, sonũ, compositionẽ, et numeros si qui essent. Timet. n. procellã, cũ poëtaster uela dare in altũ nõ audeat μεταφορικῶς. Siqdẽ ut grandis & tumẽs, humilis & abiecta ex orationis statu nomen habent ita in ijsdem magnitudo, sonus uerborum, structura & deniq; numerus obseruantur. Aequabilis & inæquabilis est in coagmentatione, & coniunctione uerborum tanquam orationis cutis esset. Breuis uero & diminuta consistit iuxta proportionem in partium aptatione. Proinde ἐνάργεια & ἐνέργεια seruetur atq; pro rerum & affectuum diuersitate orationis genus formetur, alioqui nũc ἐπιφυλλίδες id est, botridia, maioribus incumbentia recte appellabantur more Aristophanico, nũc σωμύλματα et χελιδόνων μουσεῖα hoc est, stulta blateramenta, et hirũdinũ musea, et in sũma λωφηταὶ τέχνης. quia artis autoritatẽ eleuãt, et eiusdẽ sunt conuitiatores.

Abiecta oratio

ἐπιφυλλίδες.

IIII. PRAECEPTVM

Prodigialiter.) Ne quid scribatur quod sit contra naturã. Nã prodigialiter uariare est quippiã cõtra rei naturã pingere seu cõformare, ideo prodigiosũ seu mõstrosũ censebitur, cũ sit κακοσύστατον παρ' ἱστορίαν, ueluti si quis pictorũ in syluis delphinũ

aut

aut piſcem aliquem adumbrauerit, uariat prodigialiter, quia contra piſcis naturam, quæ in aquis uerſatur. Idem ſimiliter prodigium faciet, ſi aprum in mari pinxerit, quia id natura denegat, decet enim ſingula naturaliter locis ſuis adaptare. Ars enim ſic & poetica pro uirili naturam imitatur, & eandem ἐκτυπεῖν id eſt ſpeciatim effingere conatur. Quare contra naturam eſt ſi delphinus in ſyluis eſſet. Nam hic ut uelociſſimus omniū animaliū tam aquatilium quàm terreſtrium, ut Aelianus & Ariſtoteles memoriæ tradiderunt, ſic terræ contactum non admitti, ſtatim enim terræ inuectus moritur. Quare natum eſt Iouis prouerbium, apud Plutarchū δελφῖνος γὰρ χέρσῳ βία. Eſt autem Horatius hic Calimachum quorundam ſententia imitatus.

Ars naturam imitatur.

Delphinus.

In uitium.) παροιμιακὸς uerſus eſt, et in eū dici poteſt, qui ex uitatione minoris periculi, ſeu uitij, in maius prolabitur, præſertim ſi conſilium & prudentia uitandi aut fugiendi uitium non affuerit: cui non diſsimile illud eſt fumum fugiens in ignem incidi. Idem alibi Horatius cecinit. Stulti dum uitia uitant, in contraria currunt Rhetores autem ſex rerum inuentionis uitia connumerant, quorum præcepta conſulenda eſſe arbitror, quanquam communi experientia & mediocri prudentia dijudicari poſſunt.

V. Præce-

V. PRAECEPTVM.

Aemilium circa ludum) *Vt poëmatis symmetria sit integra, alioqui esset uitium* κακοσύστατον ἄπορον, *quod finem suum non consequitur, cuius summa seu absolutio prorsus infœlix, quod symmetriã per omnia æqualem non sortiatur, ideo truncatum mutilumq; poëma subnascitur.* Similitudine autem ostendit duplici causa commensurationem priori quidem à fabro quodam quem statuarium fuisse credimus, qui eam statuariæ partem tractauit, quæ à sculpendo γλυφικὴ, à fingendo χημικὴ uocatur, aut certe χαλκουργος erat, qui statuario materiam præparauit, nondumq; ἀνδριαντοποιητικὴν didicit, cum rem inceptam absoluere non potuerat. Est autem συνεκδοχικῶς, *Imus ueluti in imo quodam angulo habitans circa ludum Aemilium, Postea balineum Polycleti dictum. Nam in regionibus urbis complures numerabantur ludi, quo nomine iuxta Asconiũ scholas capiebant, ut Gallicus, Dacicus, Literarius, Magnus, matutinus & alij.* Is autem Faber nostro autore ἀκατάληπτικός est, *ut qui totam speciem animo concipere nequit, tantum abest, ut perfecte inceptum exprimeret, ut opus bene affectum absolueret.* At hic quẽdam Fabrum notatione hac per-

Statuariæ partes: χαλκουργος

Ludi scholæ.

stringere uidetur. Posterius uerò simile est à sua ipsius effigie, qui cum oculis capillisq; nigris pulcher conspicuus fictus esset, nasus tamen deformis & turpis erat, propter quem tota picta tabula probari nequit. Debet enim totum corpus omnibus numeris et partibus absolutum esse, omniaq; archetypo respondere, ut iusta partium corporis uniuersarum commensuratio conseruaretur, quæ ratio seu analogia ut in statua, ita in poemate quoq; requiritur.

VI. PRAECEPTVM.

Sumite materiam) Docet quale sit cuiq; argumentum sumendum, ita ne quisquam materiam scribendi seu canendi suo ingenio imparem deligat, ne quando κακόζηλος iudicaretur. Qualis erat Titius Tityus, qui Pindarũ inimitabilem poetam exprimere conatus turpiter se dedit, cum lucos & apertos riuos fastidierat, ut alibi Horatius memoriæ prodidit. Explorabit igitur scripturiens subinde ingenij sui uires, alioqui si grande quippiam inceperit, cui par esse, nequit, turpiter ὦσ ῥιψάσπις auffugiet. Quod & Propertius testatur dum canit.

Turpeq; quod nequeas capiti committere pondus,
Et pressum inflexo mox dare terga genu. Quo cõ

silio

ſilio factū eſt ut nō pauci ad alia ſe ſtudia contulerint Dicitur.n. paßim, Aulœdus fiat, qui cytharædus eſſe nō poteſt. Sic Aelianus Sophiſta ad ſcribēdū ſe cōuertit, cū conſpexerat ſe declamationibus minus aptū eſſe ut ait Philoſtratus. Sic Tubero, qui offilio operā dedit, trāſijt à cauſis agendis ad ius ciuile, maxime cū Q. Ligarium accuſauerat, nec apud Cæſarem quicquam obtinuerat, ſed cauſa ceciderat. Qua de re inſignis oratio Ciceronis adhuc extat. Eius loci eſt illud Pindaricum in Pithijs. Aelianus. Tubero. Qu. Ligarius.

χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ

δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρεσὶ

γνόντας τὸ πὰρ ποδός, οἵας ὀίσομεν αἴσας.

Idem paulo poſt.

μὴ φίλα ψυχὰ βίον ἀθάνατον

σπεῦδε τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν

Vtrobiq; ſuaſit Poeta, ut ad hāc artē animū adplicaremus, quæ eſt παρὰ ποδός, *hoc eſt, obuia et humano ingenio digna, ne quid ſupra uires noſtras, tāquam impar, tanquàm intolerabile. Accedunt quoq; ijs, qui rem ſuis humeris aptam ſuſcipiunt & cuius*

ſunt potentes, duo commoda: Vnum ut eadem pro dignitate explicaretur, ideo facundia illum deſertura non eſt. Alterum eſt, ut ordo, qui rem dilucidam, apertam & planam facit, non perturbetur, & cõfundetur. Fit autem plerũq;, ut quis ſtudium, quod non aſſequitur, ut inquit, Velius Paterculus, ſequi deſinet, & uelut amputatam relinquens materiam, quærat nouam. Siquidem turpe eſt ſibi imponere, quod mox abijciendum foret. Nam non omnes nati ſumus heroico carmini, ſeu Tragico. Sic & Virgilius prius opuſcula luſit tanquàm προγυμνάσματα. *Mox Bucolica, Deinde Georgica, Poſtremo Aeneida cecinit. Sic Lucanus Medeam, priusquàm Pharſalicam pugnam decantáuit. Sic Statius Syluarum libros ante Thebaida, ſic Martialis epigrammatographus permanſit, non aliter ac Propertius, Tibullus & Gallus elegiographi, ne ullo modo argumentum ſuis humeris impar reciperent, quo ſubito ſuccũberent Cauendũ igitur eſt ne quis ſuis uiribus maiora attentet, Sed quærat potius in quo emineat, & in quo ſuis ingenium oſtentet.*

VII. PRAECEPTVM.

Ordinis) *Eſt de diſpoſitione poëtica, ſeu artificio* οἰκονομικῷ, *quo ſæpe Euripides reprehenſus*

hensus est, etiamsi ab Aristotele τραγικώτατος dicatur. Verum quæ eius sit Venus, & elegantia, paucis poëta indicat ad hunc modum. In structura poëmatis ordinem, hoc est, certam dispositionem rerum canendarum poëtæ confundunt, ut quod prius erat, dicant posterius, & quod posterius, prius. Nã solum, quantum ad ipsius nempe narrantis personam attinet, in speciem sequuntur ordinem temporum, qui seriem historico filo contextã non curant, sed è medijs rebus exordiuntur, quemadmodũ Aeneam à Sicilia Virgilius producit ad Libyam usq;, illic in cõuiuio Didonis suam nauigationem de Troade usq; ad Siciliam ipse narrat. Neq; aliter ante illum Homerus fecit, cũ de Calypsûs insula Vlyssem ad Phæacas nauigantem facit, ubi in Alcinoi conuiuatoris aula exponit, quomodo de Troia ad Calypsonem usq; peruenerat. Iucundius enim est sic poëma ea uarietate mistũ, iuxta quod dicitur πάντων γλυκὺ μεταβολή, quàm si simplici narrationis filo res ordine texerentur. Est autem ordo duplex naturalis & artificialis. Naturalis est, ut collocentur ea, quæ loco aut tẽpore sint priora, Sed in hoc non una est sequenda ratio. Nam aut res ut gestæ sunt sequimur, qui ordo rectus est & historicus aut aliquem narrantem inducimus, is erit poëticus & arbitrarius, cui locus non erit nisi in ma-

Euripides propter ordinem reprehensus.

Virgilii ordo.

Homeri ordo.

Ordo duplex. Naturalis ordo

gnis & grauibus poematibus, qualis est Aeneis & Odyßea. Quare iuxta Horatiũ promißi, hoc est, longi operis authori id genus dispositionis conceditur, sed in alijs scriptis διδακτικὸς seu μεθοδικὸς seruetur, ut factum in Georgicis esse uidemus. Alter ordo artis est, cum aliquid ad faciendam fidem interponitur, quod est prius. Quod genus est, Cæsar timet reatum, quia læserat Bibulum in consulatu. Item malus est poeta, siquidem, neq; facundus est, neq; iustum ordinem seruat. Fit autem more enthymematum quorundam, in quibus ratio propositionem sequitur. Si quis uerò de ea plura uelit, & forsan prima fronte diuersa, sed in recessu eadem, legat præter Rhetores Rodolphum Agricolam lib. 3. Inuen.

Ordo artis.

VIII. PRAECEPTTM.

Elocutio qualis esse debeat.

In uerbis tenuis.) De elocutione quemadmodum & dispositio, ita elocutio circa uerba uersatur, atq; adeo elucutio uerborum sementis est, in qua magna prudentia requiritur, ne qdlibet effutiatur, quod in buccam uenerit. Notum est illud Iulij Cæsaris, quod delectus uerborum origo sit eloquentiæ. Quare de uerbis non parum attendẽdum erit. Hæc enim sunt uel singula, uel coniuncta. Singula autem

Verborum delectus origo eloquentiæ.

Verborum diuisio.

Latinitas qbus partibus cõstet.

autem sunt multiplicia, ut latina, quibus est ratio analogia, & authoritas. Rhemnius uero Palæmon usum quoq; exigit, qui est eruditorũ consensus, idq; non temere. Nam non statim, mentibitur, à mentior futurũ nobis usitatũ erit, etiamsi rationem analogiam & authoritatem nimirum Terentij habuerit. Quo autem consilio huic uetustatem Quintilianus adiecerit propius introspicientibus non erit obscurum.

Alia barbara sunt, quæ à latinitate prorsus abhorrent, & σολοικοφανῆ iudicantur, ut Guerra pro bello, Guardia pro uigilia, plurimas salutes dicit. Barbari aũt in principio ij dicti sunt, qui inepte loquerẽtur græce. Inquilini enim Athenis cũ Græce loqui conarentur, sæpenumero in hanc uocem pro ruperunt βάρβαρ, unde κατ' ὀνοματοποιίαν Barbari uocari cepti sunt sicut ex Sicilia, aut ex Cypro in Atticismum τὸ σολοικίζειν irrepsit. Postea tamen barbarum fuit quod neq; Græcum, neq; latinum, neq; Hebraicum sonabat, quia his linguis rerum naturalium & morũ, imò sacræ Theologiæ monimenta tradita sunt. Barbara uerba Guerra pro bello Guardia uigilia.

Alia aliena seu peregrina superiorib. admodũ cognata etsi barbara, tñ à bonis usurpãtur authoribus, ut Leuca Gallicũ est, parasanga, et Gaza persicũ, mastruga Sar- Aliena seu peregrina uerba.

ga Sardum, Canthus Hispanum, Suermerus Germanicum, qui œstro percitus est, quæ ipsa Gentilia quoq; dicerentur. Gotthica autem irruperunt post urbem à Gotthis captam. Ita enim lingua unà cum Vrbe tanquàm parente sua cecidit. Id tamen dissimulandũ non est aliena esse uerba, quæ alios scriptores non decent. Sunt enim poetica genitor, genitrix, gnatus, & alia complura, quorum loco oratores patrem, matrem & filium substituunt. Historici medio incedunt itinere.

Toper pro cito

Obscura uerba.

Antigerio, pro ualde.

Antiquata.

Alia sunt obscura. Primò quæ nimis prisca sunt, & uix ab eruditissimis intelligantur, ut toper pro cito, antigerio pro ualde. Ideo classis huius erũt antiquata, quæ exoleta sunt. In his uerò gradus constituendi sunt. Vnus est antiquissimorum qualia sunt, quæ Fauni, uatesq; canebant, & quæ in Saliorum carminibus erant, uix ab ipsis sacerdotibus intellecta. Et quæ in XII. tabulis habebantur, quæ neq; ipse Cicero assequi potuit. Fuit autem hic usq; ad secundum Punicum bellum. Alter est antiquorum, ut Liuij Salinatoris, Catonis Censorij, Ennij poetæ, Næuij, & Plauti nonnulla, quorum à Pompeio

Vitulari.

& Marcello aliqua explicantur, ut uitulantes pro lasciuientibus nos Kelberen dicimus, Esto hic usq; ad Carthaginem deletam. Secũdo sunt obscura, quia insolen

Insolentia propter nouitatem, sicut Sisenna sputatilica dixit, quod uerbum Roscius *derisit*, Cir*cumuenior, inquit, Iudices nisi subueneritis, Sisenna quid dicas, nescio, metuo insidias. Sputatilica quid est hoc? sputa quid sit scio, tilica nescio. Porrò sæpe necessitas urget fideles interpretes noua fingere uocabula, nimirum in rerum nouitatibus. Quã ob causam non illicitum erit noua usurpare uerba, de quibus haud multo post uberius dicemus.* Ter*tio sunt obscura, quia ambigua. Siquidem non semel incertum est, quem nam in sensum trahantur, ut sinus, malus, ut cœlum quod nũc cauum est, id enim sibi uult* κοῖλον, *nunc est quod elementarem regionem ambit.* Q*uare iuxta sphærarũ cœli diuersitatem cœlorum multitudo statuitur.* Nunc *cœlum esse clybanum, seu furnum iuxta* Hipponem, *uel* Ari*stophanis sententia iuxta Socratem, in quo nos calore solis nati & educati, postea exucci senes in cinerem, ut* Adamo *à* Deo *dictũ erat, resolueremur.* Q*uo ænigma* Virgilij *intelligeretur, quod idem uix tres ulnas, hoc est, ut quidam uolunt, cubitos pateat.* Nunc *est os, nunc lacunar, sicut apud Græcos* οὐρανὸς & οὐρανίσκος. Vltimo *obscura sunt propter duram compositionem, ut incuruiceruicum pecus, quæ Græcis magis concessa est quam latinis.*

Sputatilica.

Nouorũ fingendorũ necessitas.

Ambigua.

Cœlũ ambiguũ.

οὐρανός.

οὐρανίσκος.

Aperta uerba. Alia aperta sunt obscuris contraria, quæ nõ sunt nimis antiquata, non temere nouata, non ambigua, non dure composita.

Propria uerba. Alia sunt propria, quibus ad id, cui ipsa accommodantur nihil potest inueniri significantius, ut à primo authore institutũ est. De qua proprietate paßim

Lexica uulgaria. Lexica, utinam hæc aliquando correctiora essent, & commentaria doctißimorum uirorum extant.

Trãslata uerba Alia sunt translata, quæ tropis innouantur, & propriam uerborum significationem in proximam & cognatam uertunt, aut neceßitatis, aut decoris, aut breuitatis, aut amplificationis, gratia. Eadem tamen non alte petita sunt, neq; longius tracta, neq; nimis amputata, quæ sæpe dura dicerentur, de quibus multa Rhetores tradunt.

Vsitata uerba. Alia sunt usitata, quæ doctis quotidie in usu sunt.

Inusitata uerba. Alia inusitata, à quibus honesta loquendi consuetudo abstinet, quæ fugienda sunt tanquam scopuli, Cæsaris consilio. Sunt deniq; multo plura uerborum discrimina, aut significantia, sonora, elegãtia, figurata, æquiuoca, ficta, abusiua, sordida, absurda, obsoleta, uulgaria & alia, quæ tamen bona ex parte sub prioribus cõprehendi possunt. Neq; putaui me operæprecium hic facturum, si uniuersa

congeßi-

congeßißem, quod uix ab ullo Rhetorum factum esse comperio. Quod non parum referret scire, ut pro certo haberemus, quibus semper tutißime uteremur, quibus tutò, attamen rarius & cautius, quibus magis uenia quàm gratia concederetur, ut necesse esset τὸ περιπλέκειν, quæ denique nunquàm nisi uitiosißime usurparemus, ut oratio esset latina, perspicua, ornata & decora. Verum coniunctorum uerborum, quæ nunc phrases, nunc modi loquendi nominantur, Horatius non meminit, in his tamen colligendis, satis fœliciter nostra memoria nonnulli laborarunt. Verba coniuncta.

Tenuisque serendis) Parce & prudenter consulit uerba esse serenda, hoc est, μεταφορικῶς recens fingenda, quod hic est uerba serere, sicut apud Ciceronem alibi fabricare, alibi parere, cum ait. Id cum Græcis tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda sunt, imponenda noua rebus nouis nomina. Quare φυτουργία uerborum necessaria est, sed non temeraria, non prodiga, & admodum libera. Serere uerba. Fingere noua uerba necesse.

Dixeris egregie) Translata & figurata intelligit. Figuris enim & tropis notorum & uulgarium uerborum significatio in compositione innouatur.

Iudicijs recẽtibus) De nouis loquitur. Nihil enim

Cethegus.

enimprohibet, prorerũ necessitate uetustissimis etiã uerba non audita, quia noua, fingere. Cethegus autem inter oratores numeratur apud Ciceronem, sed inter eos, quos Ciceronis ætas modò priscos, modò ueteres, modò patres, modò antiquos, modò superiores appellauit. Hic primum eloquens erat, de quo sic in annalibus Ennius cecinit, Additur orator Cornelius suauiloquente ore Cethegus. Et Cicero in Catone maiore M. Cethegum rectè Suadæ medullam dixit Ennius, uolens indicare Pitho persuadendi Deam, quam Suadam appellat poëta, in Cethegi labris sessitauisse, quod olim de Pericle dictum erat. Cinctutos autem pro cinctis κατ᾽ ἐπένθεσιν, & μετωνυμίαν armatis dicit more antiquissimæ armaturæ tam Græcorum quàm Latinorum. Porrò fingere conceditur noua uerba nouis rebus, sed iuxta Fabium id magis Græcis permittitur, qui sonis etiam quibusdam & affectibus non dubitarint nomina aptare. Latini autem in iungendo, aut deriuando paulum aliquid ausi, uix in hoc satis recipiuntur. Nam idem alibi ait, Noua uocabula nõ sine periculo quodam fingimus. Et alibi, fictio nominis Græcis inter maximas habita est uirtutes, nobis uix permittitur. Deniq; tãquàm cõsummata sunt omnia, nihil generare audemus ipsi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriũtur. Idem Cicero de per

Pericles.

Nouis reb. noua fingere uerba conceditur.

fecto oratore: Ergo, inquit, tenuis orator modo sit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax, & in transferendis uerecundus & parcus, in priscis reliquisq; ornamentis & uerborum & sententiarum remißior, aliaq; complura id genus Consultus Fortunatianus in libro tertio docet. Quare nostro tempore recte dicuntur bombarda, sclopetum, Serpentina ænea. Id autem fiet, ut diximus, quando extrema neceßitas urget. Itaq; inepti sunt, qui Charanelas Lusitanico uocabulo potius dicunt, quàm celoces latino. Neq; ijs absimiles sunt, qui uillutos, quàm serica ἑτερόμαλλα, quæ altera tantum parte hirsuta sunt, uocare malunt. Cæterum quibus rationibus, & quot innouantur, alibi copiosius docetur, hic tantum neceßaria repetam. Nouantur primum similitudine seu analogia, qua dixit Cicero Beatitatem, Appietatem, Lentulitatem. Sic Pollio Liuium sonare dixit Patauinitatem. Sic à Francisco Philelpho Hispanitas Quintiliano obiecta est. Sic Rodolphus Agricola, Socratitas, Platonitas, Antitas, Alexandro Hegio persuadet. Sic docendi gratia quiditas forsan usurpare liceret, sicut est bonitas, benignitas. Eadē forma habetur beatitudo, qua magnitudo. Secūdo innouantur mutatione alterius linguæ, potißimū Græcæ, qua Flauius Sergius ens & essentiam dixit, quia Græcis est ὂν & οὐσία. Consiliū

Bombarda. Sclopetum. Serpētina ænea. Charanelæ. Celoces. Villuti. ἑτερόμαλλα

Ratio nouando rū uocabulorū.

tamen

Græcę linguæ copia.

tamen horatianum est, ut rerum nouarum uocabula à Græcis deflecteremus, qui nominibus rerum nimisq̃ abundant. Nam nomenclaturæ arborum, herbarum, plantarum, & aliarum rerum non paucarum ab illis mutuo sumptæ sunt, quarum exempla non est ut afferam, cum bona pars linguæ latinæ ita detorta est, ut iam Græca desierit, & in latinam coloniam transierit. Quod tamen certis figuris fit, uel ἀντισοιχίᾳ cũ elementũ transponitur, qualis hæc forma est, Alexandros Alexãder Cradiaca pro Cardiaca. Vel ἀτισοιχία, cum aliud elementũ substituitur, ut Magalia pro Magaria. Huius loci est, quod Festus ait, quod ueteres soliti erãt pleraq; à Græcis per inuersionẽ literarũ dicere, ueluti ῥινὲς nares μορφὴ forma, τέρην tener, βὶη uis, & id genus alia. Vel cognatione literarum, quæ omnium frequentissima est, ut σχῆμα schema, cuius loco quidam antiquorum stemma (Græcis autem est corona) surrogarunt. Hac ratione hodie Pyrrhum uulgo pyrrhetum diceremus, quia illis πύῤῥον, ueteribus Latinis burrhum, quod sit galerus ruber uel rufus. Neq; alia erit in mantello quod Latini à tegendis manibus dictum uolunt, cum Polluci sit μαντέλη id genus coopertorium, sed uillosum, cuius & Varro meminit, quale est nostrarum mulierum tegumentum, quod uulgus Kursen nomi-

ἀντισοι χίᾳ.

ἀντισοιχία

Schema.
Stemma.
Pyrrhum.

Mantellum.

μαντίλη.

nat,

nat, uel epentheſi, ut ὄις ouis, ναῦτυς nauita, qua figura ab hebræis pardes, & neuel, deducta ſunt græcis paradiſus & naula, Contra græce encliſeos forma marchiων dicitur, non marcho, ut quidam ex dictione marcomanni coniecturam faciũt. Erant autem marchiones, ut id obiter explicem, ſtatores, uel regum conſiliarij iuxta Paulum Diaconum, ſed ut arbitor, quorum opera in bello opus erat. Nam Pauſanias triplicem ordinem equitum τριμαρκισίαν appellat, quam Brennus in exercitu ſuo habuit à quo brennenburgum uocatum (quanquàm alij à Brandone deriuent) haud uulgare marchiæ oppidum noſtri Sabini patria, à quo loco, olim non ita multis ſtadijs Langobardi, non Longobardi habitarunt. Accedit & hoc, quod ueteres Celtæ, qui partim Galli, partim Germani erant Marcæ nomine equum intellexerunt ſicut noſtrates burgum dicunt quod Romani pyrgum, & Græci πόλιν tanquam ἀκρόπολιν. Quare hac figura fit, ut propria nomina uerſibus aptiora ſunt, ſi uel barbara more Græcorum paululum mutata fuerint. Quis non poëtarum libentius uſurparet Croconciadas, Magontiadas puellas, quàm Cracouienſes, quàm Maguntinenſes? Siquidem poëtarum eſt, ut ſe flexibus uocis mollioribus, quibus Græcia abundat, accomodent, cum non ſemper ijſdem Græca

Pardes.
Paradiſus.
Neuel.
Naula.
Marchiones.
Brennenburgũ.
Sabinus.
Langobardi.
Celtæ.
Marca.
Burgum.
Pyrgus.
πόλις.

Syncope. Balneum. Metallum.

usurpare liceat. Vel syncope detorquentur, aut Balneum pro balineσon, uel subunione ut metallum, quum sit ἄλλον μετ᾽ ἄλλον. Vel alijs schematibus orthographicis, quas alibi docuimus. Græca in latinam formam & ἔγκλισιν reflectuntur. Tertio autem uerba innouantur compositione ut barbigerum, incuruiceruicum pecus. De alijs consulendi sunt Grammatici cum Rhetoribus. Quòd uerò uerborum nouitati pro necessitate studere liceat exempla non desunt. Nam Romani non plus authoritatis ueteribus Comicis concesserunt, qualis Cæcilius, & Plautus, quàm recentioribus, nempe Virgilio & Vario, qui nimis Homerum admiratus est, adeoq; ipse Horatius sibi integrum esse cupit citra omnem inuidiam, quod Catoni Censorino, quod Ennio, quorum uterq; nouorum nominum inuentione non parum latinitatem adauxit. Ad hunc modum & Cicero ait, Si Zenoni licuit cum rem aliquam inuenisset inauditam & inusitatam ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? &c. Quamobrem nihil erit quod prohiberet idipsum facere, ut re præsente noua, nouum quoq; uerbum fingatur, quod est rei signum. Variant autem hic exemplaria, sed constat Varium poëtã fuisse. Q. autem Varum poëtarum studiosum, cuius in. 1. Odarũ Hora. mentionem facit, Virgil. in Sileno & Mœri, Quintil. in 10.

Tacitus

Tacitus de claris Oratoribus sub persona Materni. Vt syluę) Idem confirmat à similitudine foliorum nunc cadentiũ, nũc efflorescentium, propria ætatum esse uocabula, quorum alia senescunt, & intereunt, alia exoriuntur. Hæ enim sunt rerum omnium uices, & huic uanitati res conditæ subiectæ sunt. Quemadmodum Homerus cecinit, quem Horatius hic imitatus est.

Verborũ interitus et renascentia:

οἵηπερ φύλλων, γενεὴ, τοίηδὲ καὶ ἀνδρῶν
φύλλα μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις, χέει
ἄλλα δέθ' ὕλη
τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη
ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡδ' ἀπολήγει. Sic & Aristophanes,
φύσιν ἄνδρες ἀμακρόβιοι φύλλων γενεᾷ
προσόμοιοι
ὀλιγοδρανέες &c.

Porrò ætates docendi gratia in authoribus latinis quatuor statuemus, quarũ prima est Prisca quæ ante Plautũ & Terentiũ fuit, quæ non multis ante annis Carthaginem deletam precessit, in qua scripta erant Liuij Salinatoris, Catonis de re rustica, Laberij, Ennij et aliorum poetarum fragmenta, quorum aliqua apud Gellium, Macrobium, & Marcellum explicãtur. Hæc autem multo antiquior fuit, nempe ante secũdũ bellũ punicũ, quæ carmina Saliorũ, 12 tabulas

Aetates authorum Latinorũ quatuor.

& Faunorum cantilenas sibi uendicat, quæ latinorum omnium antiquissima iudicanda est. Altera autē est perfecta, quasi uigoris cuiusdam, in qua primas Cicero totius latinitatis amussis & Aristarchus tenet. Deinde Cæsar, Liuius, Salustius, & poetæ Virgilius, Catullus, & Propertius. Huius ordinis esset Plautus, & Terentius, sed in illo plures reperias licet ἀρχαϊσμούς, quam in hoc quem neq; Cicero in plerisq; imitari dedignatus est. Tertia est media in qua nonnihil candori Ciceroniano decessit, utiq; latini censentur authores, ut historici Cornelius Tacitus, Iustinus, Florus, Suetonius. Oratores Plinius uterq;, Quintilianus. Theologi Lactantius, Hyeronimus, Cyprianus. His adduntur Gellius, Macrobius, & Pandectæ iurisconsultorum. Vltima est noua, in qua sunt poetæ Claudianus, Ausonius, Prudentius, Boethius, qui tamen in latinorum municipatu ferendi sunt. Sed Apuleius, Sidonius, Symmachus, & ijs ijs similes, nō itē. Porrò si quis uelit exactius discernere supputet sæcula. Si qdē in singulis, penè alia loquēdi ratio fuit. Vocabantur aūt ab insigni quopiā authore, ut sæculū Gracchorū, sæculū Cic. sæculum Quintiliani. Itaq; plurimū refert, ad quamnam ætatē quisq; authorū referatur, ut tempus natorū recens uerborū pro certo haberetur, ueluti, subinde, pro itidem sub Quintiliano, munerarium sub Augu

Marginalia: Cicero. — Plautus. Terentius. — Sæcula authorū — Munerarium. Subinde, pro itidē

Augu

Augusto, Obsequiũ sub Teren.*aliaq; sub alijs. Quid quod & sub diuersis sæculis quorũdam natiua signi ficatio mutata sit. Comites enim alij sunt sub* Iustinia*no, atq; sub* Berengarijs, & Othonibus*·Hostes apud* Ciceronem *peregrini sunt, postea in perduellium na turam abierunt.* Familia *olim ancillas complectebatur à famulando, hodie herum & heram, eorumq; liberos, Sic de interdicto, de* Tyranno, *de sophista de syndico, de municipe, de imperatore, de alijs q̃ plurimis.*

Obsequium. Comites. Hostis. Familia.

Debemur nos.) *A comparatis maioribus, si nos ipsi, si res humanæ commutantur, pereunt, & cõmoriuntur, cur non & uerba ipsa, quibus sermo constat? illud aũt experientia cõmonstrat. Prima est de sinu* Tyberino, *qui ibidem in morem lacus ex eru ptionibus* Tyberis *fiebat, cum* Tarquinius Priscus *alueum mutarat. Quod si quis portum in* Lucano *la cu maluerit, per me licet, cuius laudem quoq; subijcit καθ᾽ ὑπαλλαγήν, quod arceat uentos turbulentos, inter quos est Aquilo classibus, sicut de portu in* Cyclopum *insula* Homerus *habet.*

ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν᾽ οὐ χρεὼ πείσματος ἐστιν
οὔτε εὐνὰς βαλέειν οὔτε πρυμνήσι ἀνάψαι.

Quo consilio Iulij Cæsaris *opus erit, cuius & Virg. in. 2. Geor. meminit. Regẽ aũt ita accipit ut sæpe græci βασιλέα, quo optimates et primates*

Rex βασιλεύς.

capiuntur, & non tantum qui regij sunt nominis. sed etiam penes quos rerum summa erat. Taceo reges Homericos fuisse tam αὐτοδιακόνους, hoc est, sibi ipsis inseruientes, quam alijs ministrare solitos. Proxima experientia est, de rerum commutatione ex palude Pontina, quam Cethegus ita exiccauit, sicut ex epitomate Liu. li. 42. constat, ut postea praepinguae factum sit aruum, ex quo magnus rei frumentariae numerus ad urbes finitimas conuehebatur, cũ antea ἄφυγετος & sterilis erat. Vltima est de transmutato Tyberis alueo seu sinu. Nam ante Galeritum & Romulum, ea pars inhabitabilis erat, quae à colle Auentino circa radices Capitolij usq; ad Ianum quadrifrontem pertinebat, quia alueo contineri non potuit, sed egreßus multis in locis stagna effecerat, sed postea Leuceres Thusci eam planiciem exiccarũt, et ab incolis dictus est uicus Thuscus iuxta Fabium pictorem, quo Vertumnus (qui à uerso dicitur amne Deus teste Propertio) habitasse à Varrone scribitur. Huiusmodi sanè rerũ permutationem & Ouid. adnotauit, dum ait, Vidi ego quod fuerat solidißima tellus,

Esse fretum uidi factas ex aequore terras.

et alia cõplura ex. 15. Metamor. Huc afferri possunt quae de industria isthic Pythagoras, sicut Aristoteles copio

Homerici reges

Pontina palus.

Tiberis alueus mutatus.

Vicus Thuscus

Vertumnus.

les copiosissime in fine lib. 1 .μετεωρολογικῶν docuit, ex quibus rerum commutatarum exempla, non pauca depromere licet. Ita res humanæ & facta commutantur & intercidunt, quid tandem rerum est, ut uocabula, ex quorum congerie sermo construitur, sint in perpetuo honore & pretio, & gratia? quæ tamen subinde nata deflorescent, & contra. Proinde & hic scænæ, ut dicitur, inseruiendum est, ut consuetudine & usu nitamur, qui est eruditorum consensus, penes quem authoritas uocabulorum & sermonis est, sicut quidam ex ueteribus consuluit, uerbis utendum est, ut nummis publica moneta signatis, Consule & Quintilianum.

IX. PRAECEPTVM.

Res gestę) De carminum diuersorum natura & proprietate. Variāt autē singula carminū genera, alijs atq; alijs modis. Aut materia ut Heroicum, Tragicū, Elegiacū, Bucolicon, Georgicon, Comicū Satyricū, Lyricū Epithalamiū, Epitaphiū, Epicediū naturale, seculare, Epigramatiū. Aut ex numero uersuum est uarietas, ut monostichon, distichon, tetrastichon, decastichon &c. Aut in certo pede, ut Spondaicū, Dactilicū, Iambicū, Anapæsticū, Trochaicū. Aut scansione ut monometrū, dimetrū, trimetrum tetrametrum, & alia κατὰ διποδίαν. Carminū uarietas.

Aut in replicatione uersuũ, si unius μονόκωλον, *si duorum* δίκωλον, *si trium* τρίκωλον, *Aut in numero redeundi* δίστροφον, τρίστροφον, τετράστροφον, *Aut ab authoribus, seu inuentoribus, seu qui frequentius usi sunt, ut* Alcaicum *ab* Alcæo, *Saphicum, Archilochicum,* Hipponactium, *Anacreonticum, Stesichorium,* Phalecium, Homericum, *Aristophanicũ,* Pindaricum. *Aut à uitio pedũ, Nam in* Heroico *carmine tredecim numerantur species, quæ* πάθη τῶν στίχων *nominantur,* ἢ κατ' ἔνδειαν, ἢ κατὰ πλεονασμόν. *Sed quia græcis usitatiores sunt quam latinis, hic prudens supersedebo. Cæterum carmen heroicum duplici finitur modo, priori quidem à materia. Siquidem* ἡρώων *ducumq; gesta & acta complectitur, & circa eadem uersatur. Quare historijs magnorum & fortium uirorum, hoc est,* ἡρώων, *præcipue quadrat. Posteriori autem* τῷ τύπῳ *id genus carminis describit, nẽpe quale est* Homericũ. *Nam in hoc* Homerus *Orpheo anteponitur* μεγαλοῤῥημοσύνῃ, *&* Hesiodo *cæterisq; poetis* ἡδονῇ, *ut* Philostratus *iudicat.* Dicitur *&* Dactylicum, *quod sit ex genere metrorũ, quæ dactylicis formis constant. Quare* Ennio *sunt carmina longorum uersuum.* Dicitur *&* ἔπος *à consequentia, ut ethymologis placet,* ὅτι τὰ ἐφεξῆς τοῖς πρώτοις ἕπεται, *hoc est quod posteriora*

Carminis Heroici species xiij.

Homeri præstãtia

Dactylicum.

ἔπος.

riora sequãtur prima, uel à uerborum contextu, quæ se mutuo sequuntur certa forma. Dicitur *&* *ἑξάμετρον à senario pedum numero.* Dicitur Py*thicum &* Appollineum, *quia origo huius refertur ad* Appollinis *oracula, qui primus omniũ hos uersus ædidit. Est autem hoc eorum quæ dicuntur κατὰ στίχον, uel ἀμετάβολα, quod sequentes præcedentibus similes sunt, q̃ neq; carminis motus imitatur. Quod autem* Homericorum *librorũ genus orationis metricæ, id est, carmen sit formæ* Dactylicæ, *& mistæ cuiusdam rationis ἐκ διηγήσεως καὶ δράματος, hoc est, expositorium & actiuum, luce meridiana clarius est,* ἑξάμετρον. Pythicum carmẽ Appollineũ.

DE ELEGIACO CARMINE

Versibus impariter.) *Primo de materia* Elegiaci *carminis docet quod ὑποκείμενον* Aristo*teles uocat.* Diomedes *sanè παρὰ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς τεθνεότας deducit. Nã defunctorum laudes hoc carmine cõprehendebantur, alij ab ἔλεος, quod est misericordia, siquidẽ* Græci *iam inde à principio inuenti metri, eo genere luctus canebant. Quare alibi ab* Horatio *miserabiles elegi uocati sunt.* Sic Cicero *de legibus uetat* Epitaphium *plus quatuor uersibus absolui, quos elegos appellat* Ennius, *quod carminis genus* Romani *næniam dixerunt.* Elegiaci materia & etymologa Næniæ

At non multo post ad alia quoq; perductum est, ut ad amores & alia, sicut exemplo sunt in utraq; litte ratura Elegiographi, *latina quidem* Ouidius, Pro- pertius, Tibullus. *Græca uero* Callimachus & Eu phorion. *Deinde authorem eius inquirit, qui in- constantia* Græcorum *certus haberi nequit.* Alijs *enim est* Polymnestus, *alijs* Theocles Naxius *seu* Eretriensis, Versus *autem impares nominat, quod hexametro & pentametro constent.*

DE IAMBICO CARMINE.

Archilochum.) *Iambici metri inuentio- nem quoq; indicat, & quomodo in comicis &* Tra
Iambicum a ἰαμβίζειν. *gicis poematibus sit accomodatum.* Dicitur autem ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, *quod est male dicere, & pro scindere.* Ideo hoc *carminis genus maledicum uoca tur, quo etiam allusit* Horatius *cum dixit rabies ar- mauit.* Sed *hoc multiplex est, aut in numero pedum*
Archilochicū. *ut haud multo ante meminimus quale est* δίμετρον Quod *uero etiã nũc* Archilochicũ *ab* Archilocho Pha *rio* Poeta, *primo eius authore nominatur.* Huius aũt *poemata* Lacedæmonij *pub. edicto submouerunt, ut* Valerius *meminit, sed aliter atq;* Plutarchus. Vixit, *sub* Cãdaule *Sardiũ* Tyrãno *de quo sic* Herodotus,

καὶ

καὶ ἀρχίλοχος ὁ πάριος, τὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπέμνησθεν. De hoc consulendus est Plutarch. in lib. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. Quid multis? plurimum quidem in Lycamben generum suum, cum hic filiam suam illi collocare noluerat, adeo debacchatus est, ut ad suspendium eundem compulerat. Ouid. Lycambes.

Tincta Lycambeo sanguine tela feram.

Horat. lib. 1. Episto.

Nec socerum quærit, quem uersibus oblinat atris.
Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.

Postea Iambicum fuit τρίμετρον, τετράμετρον σκάζον seu χωλίαμβον quorum postremo Hipponax usus est, teste Terentiano. Hoc autem scænici actus plurimum decurrunt, quod is pes familiari & quotidiano sermoni sit proximus. Quare hunc sibi uendicat δραματικὸν poëma aut comicum, aut Tragicum, quorum prius socci posterius cothurni nomine κατὰ μετωνυμίαν exprimitur. Constat enim ut Rhetoribus triplex est dicendi χαρακτῆρ, ita poëtis totidem calceamentorum genera sunt. Cothurnus autẽ ad sublimem stylum refertur, qualis ferè Tragicus est. Soccus ad medium, qualis comicus est. Planipes ad humilem, qui mimos decebat, et planis pedibus eiusmodi agebatur

Galceamentorũ genera apud poetas. Cothurnus. Soccus. Planipes.

batur fabula, ſicut Tragœdi cothurnati, & comœdi ſocco ornati erant. Quòd uerò Iambum libentius uſurpent non deſunt cauſæ. Prima quia aptus eſt dialogiſmis, quales in ſcænis habentur. Secunda quia facit, ut non tantus ſit ſtrepitus populi, qui potius linguæ fauet, cum ſit uariorum ſermo, & non unius perpetuus, præterquàm quod pes tardus ſit grauis & magnæ authoritatis. Vltima, quod actioni perſonarum magis conueniat, non tam quòd ad ſolutam orationem quàm proxime accedat (Nam id alijs quoq; pedibus cõgruit) quàm propter eiuſdem ſaltum, & motum, qui in pedibus ſeruari ſolet, ſicut & ſonus cum uoce, qui ſtrepitum ſpectantium ſuperat, Latini uerò poëtæ plus ſibi indulſerunt, quàm Græci, quod Terentianus quoq; ſignificat: Nam ferè Græcis tenax.

Iambi uſus.

Cura eſt Iambi uel nouelis comicis,
Vel qui in uetuſta præcluent comœdia. &c.

DE LYRICO CARMINE.

Muſa dedit) Lyricum à lyra dicitur, quo accinebatur, atq; eſt ueluti λυρῳδία. Finitur autem hic à materia, circa quam ferè uerſatur. Canuntur enim primo encomia & heroum, maxime uictorum, qui hic περιφραστικῶς deorum filij dicuntur, qua forma Homerus παῖδας ἀχαιῶν uſurpa-

usurpauit, quales sunt Hierō Syracusanorum rex, Theron Agrigentinus, Hercules, Iason & alij. Deinde laudes deorum continebantur, ueluti Pollucis & Castoris, illum quidem πυκτικὸν faciunt poëtæ, hunc uerò modò ὑππόδαμον, modò χρυσάρματον Græci nominant, quòd sit Deus equestris, & ueteri more curru pugnans, Sic Homerus quoq; canit, Castor. Pollux.

κάστορά θ' ὑππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα. Legitur enim, quòd Castor primum equos currui iūxerat, etsi utriq; non semel id beneficij acceptum refertur, Homerus.

χαίρετε τυνδαρίδαι ταχέων ἐπιβήτορες ἵππων. Dioscuri autem uocantur, διὸς κοῦροι Iouis filij, quod eos Iupiter ex Læda sub Taygeto monte sustulerat. Ouum uerò peperisse fingitur, quod ueteribus ὠὸν erat ὑπερῷον authore Athenæo, quo locū æditiorem & cubiculū intellexerunt. Hinc fabula ex uoce polysema nata esse uidetur. Dioscuri. Leda ouum peperisse cur dicatur. ὠόν.

Statuuntur quoq; dij tutelares & nautarū & certantiū. Id ex Meteorologicis primū ortū est. Quare & uisione Castorum (sic enim eiusmodi stellulas uocitabant) nautæ plurimū gaudebant, cuius rei & in Actis Apostolorū mentio fit, & ipsi milites sese oblectabant. Ideo Romanæ historiæ eos in prelijs uisos esse sæpe testantur. Proinde Pindarus non Castores stellæ.

obſcure adumbrauit his perſonis & huic argumento id poëmatis eſſe appoſitiſſimum.

ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι
τίνα θεὸν τίν' ἥρωα
τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

Hac igitur ratione à Pindaro in quatuor certaminum circuitu, reges, principes, & inſignes uiros concelebrari uidemus ſtrennuosq;, & iuſtos ad cœlum efferri, ignauos & iniuſtos damnari. Quia propter carmina eiuſmodi nunc ᾠδαὶ, nunc εἴδη, nunc ὕμνοι appellantur, quod præcipue his uictorum laudes & encomia illuſtrabantur. Qua de cauſa hymni ſunt, ſed ἀναξιφόρμιγγες, hoc eſt, in quibus erant cytharæ, quæ & φόρμιγξ & λύρα dicitur, dominium. Accommodabatur enim concentui cytharœdorum more. Poſtea eodem carminis genere amores, ἐξηγητικῶς curæ iuuenum recenſebantur. Poſtremò ſympoſia magis quàm conuiuia more Græcorum pariter complectebantur, tum maxime cum uirtutis non tanta fuerat ratio, quanta olim. Quāobrem poſteriora duo Pindarus antiquitatis & honeſtatis memor repudiat. Horatius uerò in ſuis odis reuocat.

ᾠδαὶ.
εἴδη.
ὕμνοι.
Cithara.
φόρμιγξ.
λύρα.

Deſcriptas) ἀντεισαγωγή eſt. Dixiſſet poëtaſter, quomodo hæc officia & decora tam rerū quàm uerborum adnotata adeo religioſe ſeruari & effigu-

effigurari possunt? Respondet, Si huic negotio impar est, aut non salutabitur poëta, qualem se audire affectat. Nam in hac se exerceat, quam quisq; nouit artem, aut discet quo esset in officio. Illiberalis enim est ingenij potius nescire quam discere.

DE STYLO TRAGOEDIAE & Comœdiæ.

Versibus exponi) Cæterū cū Tragœdia magnarū rerum, horribiliū, & incredibilium sit repręsentatio uel heroicæ uitæ cōprehēsio stylū quoq; cōsimilem requiret. Decet enim orationis grauitas, & quasi tumor res singulares, & minime quotidianas. Quare factū est ut τραγικῶς λέγειν sit horribilibus, & atrocibus uerbis, uti supra quotidiana. Ideo orationis character grandis, de quo supra nonnulla obseruauimus, tragœdijs conuenit, in quibus πάθη sunt. Contra cum Comedia sit priuatæ uitæ, adeoq; domesticæ exēplaris cōprehensio, iuxta personas, eidem media & sæpe humilis orationis forma quadrabit. Quā sententiā Fabius Quintilianus sic planā facit. Sua cuiq;, inquit, proposita est lex, suus cuiq; decor, nec Comœdia in cothurnos assurgit, nec Tragœdia socco ingreditur. Quare poëta Thyestis cœnam comico aptam esse stylo negat, cum sit tragica, quam Seneca absoluit. Ita hæc indignatur

τραγικῶς λέγειν.

Comœdia.

& re-

Socci. Cothurni.

& repudiat stylum Comicis familiarem, cui carmina priuata, hoc est, priuatarum personarum, & quæ socco digna sunt, potius quadrant. Socci enim *in Comœdia erant, sicut cothurni in Tragœdia, quæ ut altioris est argumenti, & illustriũ personarũ, ita grãdius, & numerosius exigit orationis genus.*

Interdum) *Habet comœdia interdum uerborum sententiarumq; sublimitatem.* Dominantur *enim in eadem non semper* ἤθη, *sed etiam* πάθη, *& contra in Tragœdia est aliquando sermo pedestris, hoc est, medius, & pro necessitate humilis character.* Nam *non semel in medio tragœdiæ corpore res humiles exponuntur, & in choro præsertim, in quo lasciuiendi materia conceditur.* Quare *cum hic tum alibi in præceptis* τὸ ἐπὶ πλεῖστον *seruandum erit.*

X. PRAECEPTVM.

Pronunciatio.

Telephus & Peleus) *De decoro pronunciationis, & elocutionis.* Postquàm *iuxta qualitatem personarum, rerũ & affectuũ genus orationis aliud atq; aliud esse docuerat, siquidem quod* Tragicon *est, comicum esse non uult,* Sic *nunc pronunciandi rationem subijcit, quæ superioribus de causis uariabit.* Alia *enim priuatarũ personarum, alia autem heroicarũ erit, alia locupletis & præpotentis, alia pauperis & exulis, alia in stylo humili atq; in grandi, alia*

di, alia in alijs. Quamobrem post inuentionem, elocutionem & dispositionē & in pronunciatione futurus poëta operā ponet, qua futurū est, ut genus orationis certum singulis affectibus bene accomodaretur. Satis enim constat diuersam esse pronunciationē in deliberatione, in iudicio, in narratione, in demōstratione, in contentione, & id genus similibus, propter circumstantiarū uarietatem, In qua tamen conandum est, quatenus fert, ne quid à uerbis, factisq́; sit absonū. Porro elocutio sic & Pronunciatio decora erit, si παθητικὴ, si ἠθικὴ καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀνάλογον fuerit, authore Aristotele, quod est, Si affectibus uehemētioribus & mitioribus, & rebus circa quas uersatur accomodata fuerit. Accomodata autem iudicabitur si non sit neq; humilis in rebus magnis, neq; in paruis ampla, neq; in humili uerbo adsit ornatus. παθητικὴ quoq; est, ut dictio sit irata præsente iniuria, ut sit sollicita & indignabūda in rebus impijs, & turpibus, ut sit cū admiratione in laudabilibus, ut sit humilis in miserabilibus, quæ ratio in alijs eodē modo seruanda erit. ἠθικὴ aūt ueluti quædā demōstratio ex signis, si singulis generibus & habitibus seu consuetudinibus cōgrua fuerit. Genera aūt sunt ætas, ut pueritia, senectus, Sexus ut uir fœmina. Natio ut lacedemonius, thessalus. Cōditio uitæ, ut seruus, herus

Elocutio.

παθητικὰ.

ἠθικὴ.

ἠθῶν ratio.

Fortu-

Fortuna, ut diues, pauper. Habitus quem quisq; in uita sua secutus est, ut doctus, & indoctus. sic ait Aristoteles ὀυ γὰρ ταυτὰ ὀυδ᾽ ὡσάυτως ἄγροικος ἂν καὶ πεπαιδευμένος ἔιποιεν, hoc est, non per omnia idem ualet docti atq; indocti oratio. Multum enim refert, ut ille ait, à quo quid dicatur. Proinde hæc tria diligenter seruanda sunt ut horum ratione, & stylus accommodetur, & motus corporis in actione aptetur. Telephus autem Herculis filius ex Angea filia Alcæi regis Arcadum erat, cuius aui iussu expositus à cerua nutritus, & donatus Tentranti Mysorum regi, quo fit ut heros Tentrantius appelletur, à quo sunt ulcera apud medicos τηλέφια, quæ non curantur, nisi ab authore uulneris, qualis sic fuit Achilles. Pelea autem Achillis patrem fuisse quis ignorat? sed horum utriusq; paradigmate, quod ex Callimacho mutuo sumpsit, παθητικὴν uocat elocutionem, nimirum quod uitanda sunt sublimia ab humilibus. Dedecet enim σεμνῶς λέγεσθαι περὶ ἐυτελῶν hoc est, de humilibus grauiter magnaq; pompa & strepitu dicere, sicut neq; περὶ ἐυογκῶν ἀυτοκιβδήλως, quod est, de tumidis & superbis, parum erit elegans, si quis dictione humili usus fuerit. Deinde ἠθικὴν non obscure significat, quod propter aduersam fortunam in conquestionem & com miseræ

Telephus.

τηλέφια ἕλκη.

miserationem dicto & actio flectenda sit, etiamsi fuerãt olim reges præpotentes, atq; ideo personæ tragicæ, sed non tã πάθος quã ἦθος grande orationis genus respuit, quia pauperes & exules sunt. Ergo medium stylum requirent. Proinde uterq; illorum uerba splendida, illustria, longa & tanquam sesquipedalia repudiabit, hoc est, sublimem charactere, si uelit tangere corda auditorum, hoc est, permouere affectus, qualis hic est commiserationis. Est autem ampulla uas unguentarium uentrosum & inflatum, & hic μεταφορικῶς pro turgidis, inflatis, & magnificis uerbis capitur. Est uero hic primum orationis decorum ex affectibus sumptum. Ampulla.

Non satis) ἀξιολογία huius esse potest. Siquidem in poëmatibus nõ tantum exigitur ut sint pulchra propter inuentionem, & dispositionem, quæ duntaxat docent, sed etiam dulcia, id est, quæ delectant, & mouent, esse debent, ut ridentibus ridicula, quæ γελοῖα dicuntur, adsint, contra flentibus mœsta & tristia, quorum affectuum ratione uultus quoq; in actione mutabilis est, quo indicia mentis & animi colliguntur. Verum quo pacto mouendi sunt affectus Aristoteles ad Theodectem, Cicero, Quintilianus, & Macrobius explicant, quorum postremus loca quædam mouendorum affectuum tradidit. Hoc tamen precipuum est, ut, si quis quendam

Poemata sint pulchra & dulcia.

Affectus mouere.

affectum in aliquo concitare uelit, prius eundem in se excitet. Nam affectus tuus non secus inflammatur ab alio, ac ignis ab igni. Quare bene ait Cicero, Ardeat orator, si uelit iudicem incendere, quod & Horatius uoluit, cum inquit, Si uis me flere, dolendum, est primum ipsi tibi. Et ante hos omnes Aristoteles δεῖ αὐτὸν αὐτῷ προσεπιπλήττειν.

μανία poetica.

Idcirco factum est, ut nonnulli μανίαν illam poëticam apud Platonem ad uehementiam quandam affectuum seu δείνωσιν retulerint, quæ sæpe tanta est, ut homo uideatur extra se positus, & tum

ἔκστασις.

ἔκστασις uere dicitur. Proinde poëmata simul docebunt & delectabunt. Socrates autem in Phoedro furorem quadruplicem facit.

Furor quadruplex.

Primus est uatum, qui μαντικὴ μανία, quasi μανικὴ ταῦ literæ interpositione, uocatur. Alter est mysterialis, qui multorum remediorum author est. Ea enim per expiationes & propitiationes repetit. Tertius est amatorius ἐρωτικὸς cui ἀπὸ ῥώμης, hoc est, à robore non temere nomen inditum est. Vltimus est poëticus, qui poëtam perficit, cum arte sit imperfectus, ut haud multo post id uberius explicabitur. Eius autem hæc sunt uerba, ὃς δὲ ἄνευ μουσῶν μανίας ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται. πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανῶς ποιητὴς ἐσόμενος ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ πο-

ἢ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἢ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη.

Telephe) ἀποστροφὴ est ad personas heroicas, quarum partes diuersæ sunt iuxta affectiones, quæ faciunt, ut dicendi character, & ipsa pronūciatio uariet, alioqui si quis istas neglexerit, prorsus hæc primum erit somniculosa, quemadmodum Callidius à Cicerone notatus est, quod res atroces frigidè pronunciârat. Nisi fingeres, inquit, Calli-di, tu ista ad eum modum narrares? somnū, me Hercle, isto loco uix tenebamus. Deinde eadem erit ridicula, cum ad Istrionicam, & prodigiosam uarietatē immutatur. Siquidem decent alia dolentem, alia gaudentem, alia timentem, quorum naturam & in equis, & in canibus animaduertimus. Hic autem poëta præcipit, ut uox uultui respondeat, & uultus uoci. Debet enim hæc esse submißior, cum casu aliquo admoniti seu rogamus, seu misericordiam quærimus, Clarior, cum indignamur, concitatior cū res uehemens urget, lentior & exporrectior, cum admiramur præter alios uocis flexus, qui natura infiniti sunt, Cuius ductu hostilem uocē imitamur terrendo, supplicum obsecrando, mendicorum blandiendo. Ad hunc pariter modum uultus accomodabitur, in quo tanta mentis significatio est ut sæpe pro sermone sit, sicut in fronte exporrecta, leticia, in cor

Pronunciationis ratio. Callidius a Cicerone notatus.

Vox pronūciationis.

Vultus in pronunciatione.

rugata tristitia significatur, adeoq; hilaritatis mœroris, clementiæ, iracundiæ, pudoris, seueritatis iudicium est. In supercilijs autem fit, quæ si sublata fuerint, arrogantes, si demissa uerecundos, si adducta toruos, si inæqualia seueros, & cum leuitate declarant, quo modo & Piso in senatu altero supercilio ad frõtem sublato, altero ad oculum depresso dixit, & ideo nomẽ crudelitatis subiuit. At in oculis nullus non affectus exprimitur, adeo ut nonnulli in ijs sedem mentis collocarint, in quibus tamen non pauca sunt uitia ueluti patrantes apud Persium. *Venerei qui pæti sunt, diducti, turgidi. Cæterum in naribus ronchus comminantes decet, illusores, mysterismus iratos flatus emissus. Fames enim & ira bilem in nasum conijciunt. Porrò buccæ inflatæ arrogantiam, demissæ tristitiam indicant. Sic in rictu oris & alijs corporis motibus est sua ratio, quæ ex* Rhe*toribus petenda est. Quanquàm naturam ipsam consulere oporteat, quam ars pro uirili imitatur, & corrigit, tum multis alijs in naturæ rebus, tũ in quattuor affectuũ generibus, quæ proximo disticho connumerantur* Gaudium *quod iuuat, Spes quæ impellit ad iram. Metus qui obstipos reddit, &* Tristicia *quæ angit.*

Supercilia in pronunciatione: | Piso: | Oculi in actione | Nares. | Buccæ. | Naturã ars imitatur & corrigit | Adfectuũ genera & propria.

Animi motus) *Affectuum est notatio. Conducit autem ipsa actio, & stylus non tantum ad mouendos*

Actio sicut & Stylus. adfectus iuuat & fidẽ facit

uendos affectus, sed etiam ad faciendam fidem. Pa*rum enim fidei ijs habetur, qui eadem uoce, & uultu diuersas res pronunciauerint, cum non uideatur ex animo loqui, quod tamen non in paruo ponendũ est discrimine.* N*am multũ interest, ut in* Comœdia Da*uus ait, utrum ex animo quid, an de industria facias.* Quod Aristoteles *his uerbis significat,* λέγω ἐὰν τὰ μαλακὰ σκληρῶς καὶ τὰ σκληρὰ μαλακῶς λέγεται ἀπίθανον γίγνεται: *hoc est,* M*ea est sententia, siquis leuia aspere, & aspera leuiter dixerit, reddit actionem, & elocutionem, quæ* λέξις *est, haud uerisimilem.* Q*uare obseruandum est, ne uerba dicentis sint fortunis absona, & repugnantia, alioqui turba spectatorũ deridebit & dictionem, & actionem.*

Intererit) A*lterum orationis & pronunciationis discrimen ex uitæ conditione statuitur.* A*lia est herilis, alia seruilis.* In *herili quidem omnia sunt magna & suspicienda, qualis est urbana.* In *seruili autem omnia meticulosa, circumspecta, callida, pedetentim ingredientia.*

Maturus) T*ertium orationis & pronũciationis genus est ex ætate.* Ideo *alia est puerilis, quæ & adolescẽtis est, alia iuuenilis, alia uirilis, alia senilis.* Tot *enim ætates paulo post* Horatius *agnoscit.* E*a autem genera orationum ex affectibus, qui singulis*

ætatibus sunt peculiares, cognoscuntur, Deinde ex elocutione, in qua adnotantur uerba singula, coniuncta, & translata, periodus eiusq; partes, argumenta, sententiæ cum schematibus. Quare senilis oratio est grauis, propter affectus moderatius cōmotos, sed in elocutione sunt uerba interdum etiam antiqua interspersa, in quibus erit sonus firmus & robustus cū perpetuitate longarum uocalium, qualis in Nestoris oratione apud Homerum attenditur. Ttranslata aūt sint parciora & tutiora, sicut sententiæ magni ponderis, profundæ intelligentiæ, argumenta solida & magis firma, quàm acuta, periodus solutior, attamen nō dissoluta, cuius mēbra sunt longiora, figuræq; rariores. Sed in Iuuenili est affectus pugnax nonnunquā sine causa immodicus, atq; etiam aliquādo importunus, Recte igitur Horatius feruidum apposuit, in quo nihil adhuc deferbuit, in elocutione uerba sunt exultantia, qua & Demosthenes floruit authore Cicerone. Crebriora sunt translata, sententiæ, & argumenta accedunt proxime ad uituperationē, & reprehensionem, in quibus casus plus ualet, quàm cōsiliū. In periodis est cōpositio cōcinna, & suauis omnibusq; ornamētis illustris. Verū in puerili sunt affectus frigidi, lusus puerilis in elocutione uerba impropria, sententiæ paruæ, friuolæ, nimiū uulgares, & non satis animaduersæ, argu-

Oratio senilis.

Verba antiqua.

Nestoris oratio

Trāslata uerba in orat. sen.

Iuuenilis oratio qualis.

Puerilis oratio qualis.

argumenta infirma, cōpositio obscura, cū crebris figuris Homœoptotis, homœotelentis, & frequentibus translationibus, sed humilibus, cū excursionibus ad fabellas, & nugas. Postremò in uirili oratione est nonnihil maturitatis, in qua importunitas & feruor iuuenilis aliquantulū subsedit. Ideo affectus & elocutio medium seruabūt tenorem inter iuuenilem & senilem. Quæ omnia ante nos diligentißime Ludouicus Viues admonuit, & alij Rhetores, obscurius tamen.

An matrona) Quartum genus est ex sexu, cui tamen adnexa est uitæ conditio. Plurimū discernitur oratio præpotentis matronæ, quæ, ut dicitur, imperator & dux est; ab ea, quæ est laboriosæ nutricis, Huic enim seruilem attribues, illi autem herilem, sed utriq; puerilis nō erit inepta, propter affectum, elocutionem, periodos. &c.

Mercator ne uagus) Quintū ex genere uitæ & dignitate. Alia enim est oratio urbana, alia peregrina, alia nobilis, alia popularis, alia plebeia, alia tabernaria, alia rustica, alia militaris. Sub quibus essent aliæ formæ, ueluti sub urbana est magnifica, est angusta, Sub populari est senatoria, sub plebeia est scurrilis, sub tabernaria est mercatoria seu negotiatoria. Appellātur autē hæ orationes ex uocabulis uel natiuis uel trāslatis, ex phrasibus, ex argumētis,

Orationis species ex uitæ genere.

Vrbana oratio

seu sententijs, quæ cuiq; hominum generi & ordini sunt aptæ & familiares. Quemadmodum Rustica

Rustica oratio.

primum uocabula habet paganis usitatiora, quam urbanis. Deinde similitudines, exempla, sed ex agro sumpta, à quibus nō aliena sunt argumenta, & sententiæ, iuxta captum & usum rusticanum. cū crassa pronunciatione.

Vrbana oratio

Contra urbana est quæ hodie dici potest aulica, de qua sic Quintilianus, Meo, inquit, iudicio illa est urbanitas, in qua nihil absonū, nihil agreste, nihil inconditū, nihil peregrinum, neq; sensu neq; ore, gustuue deprehendi posit, ut non tam in singulis dictis, quàm in toto colore dicendi, qualis apud Græcos Atticismus ille redolēs Athenarū proprium saporem.

Atticismus.

Quid multis? prorsus contraria his quæ sunt in rustica habet, in quarum utraq; media est oppidana.

Oppidana.

Literata oratio

His autem subijciendæ sunt aliæ partes, ut literata seu erudita, quæ nūc est physica, nūc mathematica, nūc architectonica, & aliæ in quibus tantum discrimen notatur, nunc in uerbis, uel simplicibus, uel coniunctis, uel natiuis, uel translatis, nunc in argumentis, nunc sententijs. Sunt enim unicuiq; ordini & professioni sua uerba, suæ sententiæ, sua argumentādi ratio, sua similia & exempla. Proinde Catonis oratio erit rigida & seuera, quia Stoica. Ciceronis autem hilaris, quia popularis erat, iocis salibusq; gaudebat.

Colchus) *Sextum ex natione. Nam ſua cuiq; ſunt uerba, phraſes ſententiæ, ſtolæ, & pronunciationes. Quare apud Græcos tria dicendi erant genera ex copia & breuitate orationis, quæ dicuntur Aſiaticum, Rhodium, & Atticum. Quare Colchica oratio ab Aßyria, à Thebana, ab Argiua Ionica differet in quibus morum inſtitutorum, & ingeniorũ eſt magna diuerſitas. Thebani enim erant ingenioſi, Argiui magnanimi, Aßyrij aſtuti, Colchici ſeueri. Idem de alijs nationibus, adeoq; patrijs moribus iudicium eſto, ut exquiſitius* Rhetores, *& hiſtorici ſuis locis docent.* Huc *ſpectant quæ de ritibus & moribus gentium, & de diuerſitate officiorum, & de his, quæ apud* Comicos *ſunt tegumentis & ornamentis traduntur.*

Tria dicendi genera Græcorũ

Aut famam.) ἀνθυποφορὰ. *Vnde enim copia officiorum ex ætate, ex ſexu, & alijs locis* ἐπιδεικτικοῖς nobis parabitur? Reſpondet, *duplex eſt perſona, aut noua, aut uetus, ſi uetus, ſequamur famam maiorum, qualem accipimus.* Nam qui pri*mi finxerunt, ueluti ius in ea anticiparunt, & nobis ſequentibus legem ſtatuerunt,* Veluti *eſt perſona* Demeæ apud Terentium, *cuius mores nobis permutare non licet, ſed quia* Terentius, *aut is, quem ſequutus eſt eundem ruſticanum finxerat, talis nobis quoq; erit* Demea, *nempe inurbanus & inciuilis.*

προσωπογραφίας ratio.

Perſona duplex

Idem iudiciũ esto de Mitione, qui mitis, & urbanus erat. Ad hunc modũ Plautus Euclionem senem etsi celebrem tamen auarum, & incredulũ descripsit, is nobis alius non erit. Idem seruatur in seruilibus nominibus, ut in Dromone, in Dauo. Sic quoq; Aeneam piũ, laboriosum, errabundũ, terris iactatũ et alto, seruamus, quia Virgilius sic eũ formauit. Neq; alius nobis erit Achilles atq; fictus est in Iliade Homeri. Sin autem noua illata fuerit persona licebit eam fingere qualem collibuerit, attamen in hac fictione decorum seruandũ erit, ut primũ ætatis, in qua est adolescens iuuenis, uir, & senex, pueri enim proprie non putantur dicere. Mox attenditur & dicentis professio seu institutum, uitæ genus. Alia enim oratio opificibus cõuenit, alia philosophis, alia Theologis. Deinde & dignitas non negligitur, iuxta quam popularis erit oratio, alia principũ, qui fere solent esse monosyllabi. Postea & ingeniũ expenditur. Nam hoc erit aut acutũ, aut hebes. Postremo obseruatur circũstantia loci et tẽporis et rerũ gestarũ. Nam ociosis conceditur oratio lenis et copiosa occupatis breuis, & alijs alia. Quare duo officiorũ seruandorũ sunt remedia, prius est ut famã maiorũ imitemur, quam alicubi aut audiuimus; aut legimus sunt enim paßim θαυμαστικὰ in singulis nationibus adnotata. Posterius est figmentũ nostrũ, quo affiguramus cuiq; suũ ὡς ἐκτυπωτικὸν

Officiorum seruandorum remedia.

τικὸν Illud quidem ex iudicio alterius, hoc autẽ ex nostro pendet. Quare in altera plus licebit; quemadmodum singraphica & statuaria fieri consueuit.

Scriptor) παραδειγματιστικῶς ex Iliade Homeri preceptũ suũ illustrat. Is enim Achillem iracundum in tota poesi fecit propter raptam Briseida. Quare in propositione sic ait μῆνιν ἄειδε θεὰ. Est quoq; impiger in interficiendis hostibus, maxime Hectore in Patrocli uindicta: est inexorabilis quem neq; facundus Vlysses, neq; alij legati, non nisi præstantes heroes, atq; adeo neq; ipse Nestor placare sua uberrima eloquentia potuit. Est acer dũ reluctatur Agamẽnoni, penes quẽ summa rerũ erat Hic enim ab illo canis uocatur. Quid multis? turpissime proscinditur. Quare illi tanq̃ summo magistratui parere dedignatus est, se exlegem affectãs, rebus bellicis immodice glorians, & se in cœlũ usq; efferens. Sic Medea ferox fingitur, ideo ferocitatem in eadẽ obseruabimus, quæ, alicubi aut ex historijs aut fabulis nota est. Nã coctos liberos Dijs hospitibus apposuit. Deinde est ἀπαθὴς, ut quæ inuicto animo erat, & nullo affectu mouebatur in liberos, in Absyrtum fratrem in Creontem regem. Eadem deniq; in amore Iasonis sibi tẽperare nõ potuit. Quare Orpheus illi συγερὸν δόλον τε κᾶρας ἀϊδνὰς tribuit, nempe quod nimium erat dolosa & intractabilis

Achilles Homericus.

Medea.

bilis. Habuit autem ex Iasone filios Marcerũ & Feretum, aut potius iuxta Pausaniam in Corinthiacis Mermerum & Pheretem (apparet enim priora nomina esse corrupta) quæ Aeætæ regis Colchorum filia erat, quam ex Edinon Clytia ut est apud Higinium, Oceani filia sustulit, de qua apud Hesiodum in Theogo. apud Orphe. in Argonauticis, Diod. Siculũ in quinto, Ouid. sept. Meta. Hoc autem poema tragicum Seneca absoluit, quod ab hac inscribitur, & ante illũ Euripides. Quam ob causam crudelis mater apud Virgilium dicitur. Cæterũ Inò Cadmi & Hermiones filia iuxta Hesiodum, uxor Athamantis Thessalorum regis cuius maior natu filius in uenatione per furorem Athamantis interfectus est. Ideo præ dolore mox se cum altero filio Melicerta in mare præcipitauit. Flebilis autem esse potest cum propter dolum Themischonis, quam Athamas absente Inone duxit, tum quod sibi una cum filio mortem præ impotentia doloris consciuerat, quo casu eius ἀποθέωσιν poetæ constituunt, quæ nomine mutato Leucothea dici cepta est. Id quoq; graphice & τραγικῶς Euripides explicuit. Verum Ixion Plegyæ, aut iuxta alios Leontei filius, qui cum Iunone ius nuptiale & fidem matrimonij soluere studuit, sed frustratus est spe. Cognouit enim pro Iunone nubem. Quare eius facinoris patra

Inonis fabula.

Leucothea.

Ixion Iunonem de strupro tentauit.

ti pœ

ti pœnas apud Inferos dare cogitur. Nam rota, cui illũ Mercurius astrinxit, perpetuo obuoluitur, authores sunt Higinius, Ouid. Virg. 6. Aeneid. Iò autem uaga fingitur, quia Iunonis iram fugiebat, huius enim pallace erat. Sed ne deprehenderetur subito in uaccam uersa est. Ouid. 1. Meta. Porro Orestes tristis est propter Agamemnonem à matre Clytemnestra auxilio Aegisti interfectum. Deinde quod ipse uindicando suam ipsius matrẽ interemerat. Huc spectat Sophoclis Electra. Hæc autem exempla sunt tragica & plerunq; in dramatico genere decantata. Summuntur autem eiusmodi Epitheta, quæ nunc adiecta, nunc apposita uocantur apud latinos, à triplici bonorum genere. Animi quidem ut Medea ferox inuictaq;. Corporis autem ut acer Achilles, Fortunæ, ut flebilis Inò. Cæterum ex his nõnulla sunt composita, ut mare ueliuolum terræ frugiferæ, quæ ut uix concessa sunt in soluta oratione ita in carmine nimis crebra sordent. In horum tamen compositione Græcos multo fœliciores esse, quam latinos uidemus, & τραγικώτερα sunt. Congruunt enim uehementioribus affectibus. Sunt quoq; nonnulla epitheta naturæ, quæ poetarum sunt non oratorũ ad explendũ hiatũ uersus, ut aqua humida, glacialis hyems, rapidus ignis, calida æstas, patula fagus. Rursus nõ nulla sunt nõ naturalia, quæ neq; in uersu neq; in pro

Orestes.

Epitheta unde sumantur.

Epitheta composita.

Epitheta naturæ

Epitheta nõ naturalia.

In prosa ponitur nisi propter rationē, ut Syluestrem tenui musam meditaris auena, hic duo epitheta non sunt naturalia. Nam musis non est natiuum, ut sint syluestres, sed adijcitur non sine causa, ut sit agrestis rustica, buccolica, non Heroica, non Theatralis. Musis enim materiæ diuersitas competit, à qua epitheta sortiuntur. Ad hunc modum de auena quæ loco fistulæ capitur, tenuitate & subtilitate iudicandū est, sic absq; dubio unusquislibet utrunq; epitheton non parum præsenti negotio esse aptum uidebit. Fit tamen interdum, quod de epithetis quibusdam non sit certa causa, sed in carmine admittuntur propter eius angustias. In soluta uero oratione nulla sint apposita nisi præsentia plus efficiant, quam absentia. Sunt iterum alia contra rationem, quæ utrobiq; uitanda sunt ueluti si quis Nestora omnium infantissimum & insipientissimum diceret. At illa quæ sunt officij, uel dignitatis, uel propositionis, ubiq; adijcere licet, etiam si nulla fuerit ratio, aut necessitas, ut Socrates philosophus. Iachimus Marchio elector. Quare Horatius subindicat quoq; epithedorum decorum seruandum esse, ut hæc sint aut naturalia, aut non naturalia, sed quibus apponendi certa ratio est, in ijs autem quæ officij, libertas conceditur.

XI. PRAE-

XI. PRAECEPTVM.

Si quid inexpertum.) *Est de argumenti, seu materiæ inuentione. Sæpe enim laboratur, qua de re canendum sit. Consilium autem* Horatij *est, ut quis sibi uel propriam fingat, uel ex* Homero, *seu alio quopiam poeta insigni materiam canendi mutuo sumat.* Illic *quidem obseruandum est, ut undiq; sibi æconomia bene constet, ne rursus quid monstri nasceretur, quod tamen difficile est.* Nam *uix quicq̃ nunc dici potest, quod antea dictum non sit, adeo ut Terentius sua poemata ex authoribus quibusdam corrasisse non profiteri non potest, penè in cuiuslibet* Comœdiæ *prologo, quod à multis illi uitio uertebatur, quæ causa est, cur tam multi prologi sint* ἀπολογητικοὶ. *Cum igitur nimis arduum sit noua argumenta comminisci, aliunde sumat necesse est, neq; ex* Homero, *ex quo pars surrepta in dramá uerti potest. Sicut* Sophocles Aiacem *Flagelliferum ex* Homeri *Odyssea.* λ. *transtulit.* (Materiæ seu argumenti inuentio.) (Aiacis Flagelliferi Sophoclis argumentum.)

Versus autem hi sunt.

ὀίη δ' αἴαντος ψυχὴ τελαμωνιάδαο νοσφὶν ἀφεστήκει κεχολωμένη εἵνεκα νίκης.

& paulo post.

ὣς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ.

Ex *quibus uersibus iustam tragœdiam finxit.* Neq; *aliter in* Electra *eiusdem factum est,* (Sophoclis Electra.)

quam de Aegisto & Agamemnone Homerus Odysſ. æ.cecinit, ſicut ab Aeſchylo philoctes illius petitus eſſe uidetur. Sic Ouid. Tragœdiam conſcripſit ex Virgilij. 4. lib. Aene. quod ex his uerſibus colligitur.

Sacrę Comœdię et Tragedię

Et tum ille tuæ fœlix Aeneidos author,
Contulit in Tyrios arma uirumq; tuos.
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,
Quam non legitimo fœdere iunctus amor.

Ita iudicandũ eſt de Seneca, & de recentioribus Tragicis, & Comicis ſacris, qui noſtra memoria ex ueteri teſtamento, nunc horrendum facinus fratrum in ſuum Ioſephum nunc internitionem Holofernis per Iudith factam, nunc Suſannæ abſolutionem, & iudicum eiuſdem condemnationem in ſcænis agunt. Eodem modo filium euangelicum ad ſe redeuntem, qui antea concoxerat bona, & ἀκόλαςος non inepte dictus erat, in theatro repreſentant lingua latina & germanica. Idq; rectius fieri Horatius aſſerit, quam ſi quis noua primus excogitaret. Quare

Aeſchyli ſcripta

Aeſchylum ferunt dicere ſolitum, ſua ſcripta eſſe μικρὰ τινὰ τεμμάχϊα τῶν μεγάλων ὁμήρου δείπνου, nempe particulas eſſe de magnis Homeri cænis.

Publica materies.) Cæterum cum conſtet id apud poetas ueteres eſſe publicum, quomodo fieret pri-

ret priuatũ. Priuatũ aũt redditũ tractatu & trãslatione. Multa quidẽ in sua Bucolica ex Theocrito, in sua Georgica ex Hesiodo, & Arato, ex Iliade & odyssea in suam Aeneidem Virgilius transtulit latine, sed ita ut in multis ab ijsdem desciuerat, & de suo aliquid adiecerat. Quod in philosophia ex Platone Cicero, in oratione ex Demosthene præstitit. Hac igitur ratione fecit suum, quod antea omnibus erat commune. Quare non immerito Celsus in epistola tertia lib. primi ab Horatio notatur, quod priuatas non quæsierat opes. Cæterum publicum dupliciratione in usum priuatum trahitur, priori quidem Inuentione, seu tractatu, hoc est, ut aliter inueniat, & disponat, quã is à quo acceperat, alioqui in uili orbe & patulo, hoc est, omnibus communi, familiari, & noto argumento ad uerbum describendo morabitur. Posteriori uerò Translatione, qua non uerbum uerbo, sed sensus sensu reddendus est, atq; sic satis fidus interpres iudicabitur. Additur autem cautio, ne ad uerbum fiat trãslatio. Nam id fiet aut contra legem operis describendi, aut nimis angustum erit, quo pergere non licet. Videtur autem id esse translatum à quodam genere balmatis, quo circa circulum uersari, & in arctum desilire turpe iudicabatur. Siquidem cum quis diutius cyclo detinebatur, adhuc in cõmuni erat loco, rursus

Commune & Publicum, quomodo priuatum reddatur.

Interpretandi ratio.

qui se in arctum cōtulerat, plusquàm satis, is ad uerbum transtulit in sua scripta aliena, in quibus pergere honestè primum non erat licitum. Deinde lex noui poëmatis uetabat, qua cauetur, ut quis sua nō aliena in publicum proferat. Itaq; rectè Terentium *fecisse apparet, quod e* Perynthia Menandri *in suā* Andriam *quæ conueniebant contulerat, & pro suis usus fuerat. Idem factum est in* Adelphis *ex* Diphilo. *Quod ante illum* Plautus, Næuius, *& alij tentarunt. Hæc est causa, cur tantopere in aduersarios debacchatur, ueluti in* Lauinium, *qui ex Græcis bonis latinas fecit non bonas.* Proinde *qui uult sibi proprium ex communi scribere, & cauere, duo obseruabit. Vnum ne simpliciter idem per omnia doceat, quod in authore est, ex quo sua hauserit, alterum ne ita transferat, ut affectum prorsus perficere, quemadmodum decet, possit, imò de suo aliquid addat illinc aliquid detrahat, & ita immutet, ut penitus in suam coloniam transtulisse uideretur.* Porrò *de ratione uertendi seu transferendi præceptum inseruit, à qua illa interpretatio nunc uersio, nūc translatio dicta est, quæ est uerborum à lingua in aliam linguā traductio saluo sensu.* Et *est triplex, aut sola sensum habet, ut ratio, aut sola phrasis & dictio spectatur, aut res & uerba simul pōderantur.* In *primo quidem genere ij sunt, qui sensum tantum optant,*

Terētij ratio interpretandi ex alijs.

Præceptū trāsferendi seu interpretandi.
Versio seu. Trāslatio quid & quotuplex.

tãt neglectis uerborũ proprietatibus, quibus magna conceditur in interpretando libertas. Licet enim quædam uel omittere, quæ ad sensum non faciunt, uel addere quæ sensum complent. Quod in multis Ciceronem, & Theodorum Gazam factitasse ui- demus. Hic enim apud Aristotelem λίσωμα duabus uocibus reddidit, æquamenti & discriminis (quod in capillis statuitur) ϛρυφνὸν per austerum, & acerbum. De Recentioribus autem tam sacrarum literarum, quàm prophanarum interpretibus censuram non institui. In secũdo autem genere sunt, qui solam dictionem sequuntur, & uerbum uerbo reddere conantur, hi prorsus inepti sunt. Nulla enim est adeo copiosa lingua, quæ infantissime per omnia responderet, nec schemata unius linguæ ubiq; fœliciter exprimi possunt. Est enim unicuiq; linguarum suum idioma, & sua dialectos. Quod tamen uidemus factum esse in ijs quoq; authoribus, in quibus nullum esset piaculum aliquid addere, & immutare, ut iustus haberetur sensus, cum in ijs non agatur de apicibus & punctulis, quæ certum caput fidei Christianæ interturbarent, uelut in Aristotele & Galeno, cuius utrius- usq; antiqua uersio quot non solœcis, & barbarismis redundat? Quoties non hæsitat lector, dispiciens quid uerba sibi multis modis contorta, &

Theodorus Gaza. λίσωμα. ϛρυφνόν.

Aristotelis & Galeni Versio antiqua.

nõ ſatis latina ſibi uelint? opus ſane eſſet non ſemel Delio *natatore.* Quare *Fabius ait,* Non *omnia nos ducentes è Græco ſequuntur, ſicut nec illos quidem, quoties ſuis utiq; uerbis ſignare noſtra ualuerunt.* Idem Seneca *de trãquillitate uitæ,* Neq; *enim, inquit, mutare uel transferre uerba ad illorum formam neceſſe eſt, res ipſa de qua agitur aliquo ſignanda eſt nomine, quod appellatiõis Græcæ uim debeat habere, non faciem.* Quid *autem porrò faciendum ſit in ſacrarum literarum translatione, iam ſatis ſuperq; à grauiſsimis theologis oſtenſum eſt.* In *tertio deniq; genere ſunt optimi, qui nõ tantũ ſenſum penſitant, ſed etiã uerba uel ſingula uel cõiuncta, in quo ſeruãtur tropi, figuræ, & ornamẽta orationis quatenus fieri poteſt.* Horum *quidem interpretationes conducunt, & ſunt neceſſariæ.* Quare *ijdem ab* Horatio *iudicantur interpretes, qui ſententiã cũ proprietate uerborũ reddũt, quibus certò confidere integrũ eſt,* Cõtra *falſæ ſunt uerſiones, in quibus uerbũ uerbo redditur.* Fiunt *autem ex linguarum ignorantia, uel materiæ, de qua agitur.* Ideo *fit ut linguarũ peritus, & eiuſdem artificij felicius transferat,* Qua *de cauſa* Gaza *in* Ariſtotele *medica quæ ſunt, parum rectè uertit, cuius teſtimonium erit in problematibus, quemadmodum nos breui ſatis dilucide oſtendemus.* Sed *de* Caluo Rauennate *in* Hippocrate

Gaza notatur.

crate, de Marcello Virgilio, & de Hermolao Barbaro in Dioscoride, & de alijs rectius eruditi uiri iudicabunt. Quamobrem hi fallunt, qui aut phrases cuiq; artium peculiares ignorant, aut artem, in qua transferre student. Verum cum Horatius de Graecorum poëtarum translatione signatè locutus sit, sciendum est carmen esse liberius interpretatũ, propter necessitatem numeri, in quo conceditur detrahi, quae non sunt nimis necessaria, addi quae ad sensum faciunt, mutari, quae in angustias carminis includi non possunt, modò summa sententiae salua permaneat, ut apud Homerum Iliad. κ.
ὅμ ποτ᾽ ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος ἕκτωρ, quem uersum sic Cicero uertit,
Qui quõdã Hectoreo perculsus concidit ense. Hic omissa sunt ἀριστεύοντα & φαίδιμος, eo quod ad necessitatẽ rei nõ adeo requirãtur, κατέκτανε autem mutatum est. Successit enim pro illo, Concidit ense, addita sunt, perculsus, & ense. Cuius exempla complura inuenias licet apud Virgilium, quoties nunc ex Theocrito, nunc ex Arato, nũc ex Homero quippiam transtulerit. Qua in re mirus artifex mihi uisus est in uarijs scriptis Erasmus Roterodamus, sicut in Nicandro Cordus, in Oppiano Laurentius Lippius, in Theocrito Eobanus Hessus. Proinde is censendus est fidus interpres apud poë-

Erasmus. Roterodamus. Cordus. Laurentius Lippius. Eobanus Hessus.

tas, qui sententiam iustam, saluis, si fieri potest, quibusdam uerbis reddere potest.

XII. PRAECEPTVM.

Propositio poetica.

Nec sic incipies) Aliud est de propositione Poëtica seu Exordio quod nō uult esse Thrasonicū. Penè enim idem hic requiritur, quod apud Rhetores, qui in exordijs uerecundiam laudant. Quare Isocrates pallio manum nunquam exerere in actione uoluit. Siquidem turpe est grandius & τραγικώτερον auspicari, & postea deficere, & non ad calcem operis usq; parem esse, & nō iustam harmoniam ad finem usq; ab incepto seruare. Est autem poëtis propositio in uestibulo poëmatum maxime διδασκαλικῶν generalis, quæ summam totius argumenti, quod Aristoteles ὑποκείμενον appellat, continet. Habetur igitur tituli uice, & cum uniuersam causam cōplectatur, Græcis quidem est ea potißimum, quæ per expositionem & inuocationem fit. Vtrumq; enim inter se commiscent quàm ueteres poëtæ καταβολὴν nominant. Homerus in odyssea.

Græcorū propositio cū inuocatione coniuncta

ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. In Iliade uerò,

μῆνιν

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος
οὐλομένην, ἣ μυρί' ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.
Hesiodus aũt nonnihil ab illo recesßit, & plus æquo loquacior est utroq; opusculo, tam in Ergis quàm in Theogonia. Latini autem utrumq; ab altero separant, prius enim exponunt, deinde inuocant. Velut Virgilius, Arma uirũq; cano. &c. Deinde subijcit. Musa mihi causas memora. Est autem hæc propositio composita. Nam plures partes comprehendit. Canit enim Aeneam uirum armatum, exulem, & authorem Romanæ monarchiæ. Studuit autem utriusq; poëmatis Homerici propositione sub una concludere. Verum quæ est in Georgicis cõplures habet partes, quæ postea sigillatim in unoquoq; libro iterũ proponuntur. Talis quoq; est Ouidij in Fastis, siquidem non tantum tempora, sed etiã ortum & occasum syderum canit, quibus illa notantur ποιητικῶς, Sic enim proponit. Virgilij propositiones. Ouidij propositio.

Tempora cum causis Latium digesta per annum,
Lapsaq; sub terras, ortaq; signa canam.

Cui de more Inuocationem subiungit, Excipe pacato Cæsar Germanice uultu. &c. At in libello de arte amãdi simplex tantũ est cum unam complectatur rem, nempe ἐρωτικήν. Sic autem habet.

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Me legat, & lecto carmine doctus, amet. Verum

hic non ſtatim inuocat ſed προκαταληπτικῶς *cauſatur amorem fœliciorem eſſe, ſi ars naturæ ac*
Arte omnia rectius tractari. *ceſſerit, Quare* κατὰ παρέκβασιν *docet arte omnia rectius tractari. Igitur per eroticen Amoris melior erit ſucceſſus, qua finita poſt multos uerſus Venerem eius patronam, & matrem implorat, cum canit, Cœptis mater amoris ades, Quod, niſi fallor, Statius imitari affectabat, ſed quàm fœliciter quis eſt qui non uidet? Cæterum omniũ ſimpliciſsima eſt in transformatione, quæ eſt,*

In noua fert animus mutatas dicere formas
Cyclicus poeta *Corpora, Di cœptis, nam uos mutaſtis & illas Aſpirate meis. &c. Quare Horatio poëta Cyclicus duplici nomine diſplicet, tũ quòd grandius exor*
Lucanus. *ſus ſit etiã ſi ſit argumẽtũ grande, quod in Lucano facile quis notaret, tum quòd nullum numen inuoca*
Inuocare cur oporteat. *uit, quemadmodum apud poëtas fit, & modeſtiæ cauſa, & ut præſens negotium fœlicius promoueretur. Proinde ineptũ eſt ſic proponere, cũ poſteriora promiſsis tam arrogãtibus & faſtuoſis non reſpõdeant.*

Quid dignum) *Minime igitur iſtum poëtam ferendum cenſet, qui magna promittens mox ſuccumbit. Quod parœmia quoq; ſibi uult, ex montium parturitione, & muribus prognatis. Debet enim artifex ſui ſimilis eſſe in quacunq; materia, ſiue coloſſum fingat, ſiue ſemipedalem ſtatuam,*

ſiue

siue Iouem pingat, siue Thersiten. Quamobrem Homerica propositio summopere est extollenda, in qua tales stoliditates, & ineptiæ non perspiciũtur. Nam is sic exorsus est, ut poema modesta quadam propositione constaret, & postea in medio corpore magis atq; magis insurgeret, sic futurum esset ut ex fumo lux daretur, & non ex fulgore fumus, quod Cyclicus patraße uidetur. Decet enim quæ obscura seu fumosa sunt bene explicare, & plana facere, & nõ res dilucidas intricare. Quod ille sibi uult uersus παροιμιώδης. Dare enim fumum ex fulgore est rem perspicuam & plerisq; notã obscuram reddere Contrarium est, ex fumo dare lucem, pro eo, quod est intricata euoluere & extricare. Quod Homerus religiose seruauit. Nam postquam modeste & θρασονικῶς proposuerat, Deinde in ipso poematis penè medio, uelut ex ditißimo penu depromit miracula non nisi speciosa, insignia, illustria, & ἀείγνωτα, ueluti quæ Odysse. κ. de Antiphate lestrygonum rege subdiderat, qui ad miraculum usq; inhospitalis fuit, ut uerus ἀνθρωπόφαγος, Solitus enim erat homines deuorare, ut uel Scythicam barbariem superaret, quem nonnulli socij seu potius comites Vlyßis suo magno malo experti sunt, cuius rei exemplum æditum est, ueluti his uersibus constat.

Homerica propositio.

Dare fumum ex fulgore quid?

Ex fumo lucem dare?

Antiphates anthropophagus.

ὃς δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον,
αὐτίχ' ἕνα μάρψας ἑτάρων ὡπλίσατο δόρπον,

Scylla & Charybdis.

Postea odyssee. μ. Scyllam & Charybdim Siculi freti monstra uberrime cecinit quæ in prouerbium abierunt, & illum in eorundem descriptione Ouid. 14. Meta. imitatus est. Mythologiam autem si quis uelit, ex Iustino, ex Strabone, & alijs Historicis, & Geographicis petat necesse est. nisi quis eãdem προτρεπτικὴν esse maluerit. Verum haud multo ante nempe Odyss. 9. Cyclopas depingit, quorum patria erat Sicilia, non tantum propter corpora monstrosa, atq; eorũdem deformem constitutionem, Sed etiã his mores congruentes, ut physiognomones animaduertunt. Nota enim est uel ex prouerbio quotidiano Cyclopum uita, de quibus sic Homerus.

Cyclops.

Cyclopica uita.

τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες,

In quem locum haud pœnitenda Strabo, & ante hũc Plato obseruauerũt. Cyclops aũt hic κατ' ἐξοχὴν polyphemus est, q Cyclopũ dux à plærisq;, et ab ipso Marone fingitur. Quare sæpe fit, q hic à Cyclope alius quispiã statuatur, quod Tibullus agnouit dũ ait.

Polyphemus Cyclops.

Non ualuit cæptos cursus auertere Cyclops.
Cessit & Atneæ Neptunius incola rupis.

Nisi quis cõtenderet, authore Septimio, Antiphatem Strigonis filiũ, & poliphemũ Cyclopis. Cæterũ quã impius erat erga deos et hospites, idẽ Home. copiosiss.

ex cæna

ex cæna eiusdē significat, quæ sic ab illo decantatur.
σὺν δὲ δύω μάρψας ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίῃ
κόπτ᾽ ἐκ δ᾽ ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε. & alia, quæ sequūtur. Locus. n. est in prōptu. Quod Ouid, quóq; cōfirmat, nempe ille immitis, & ipsis Horrendus syluis, & uisus ab hospite nullo Impune. & magni cū Dijs contemptor Olympi.

Nec reditū.) Cōstat igitur iā proponedū esse hac lege ut grauiorib. incepto postea esset locus. At unde nūc auspicandū est. Respondet nō iā inde à primo principio, sed potius à medio negotio, sicut Hom. à medio bello Troiano uix incipit, attamē principiū deinde suo loco admiscet. Idem cōtigit in erroribus Vlyßis, quos nō ab initio repetit sed medios auspicatur. Quod cōsiliū & Virg. arrisit. Quare Cyclicus poeta iterū reprehendendus est, q, bellū Troianū decātaturus iā longe à fortuna Priami, cū nondū belli suspicio fuerat, tātū abest ut exarserat, ut susceptū bellū gestū fuerat, incipere uoluit. Neq; minus stultus et ineptus esset poetaster, Diomedis reditū descripturus, si ab interitu Meleagri inciperet. Diomedē. n. regno expulsū, sed redeūtē Aegiale aditu p ciues prohibuit, queādmodū Dictis Cretensis memoriæ prodidit. Meleager aūt Diomedis frater fuit, utriusq; .n. Oeneus pater fuit, de hoc sic Homerus.

Vnde ordiri liceat poetis.

Diomedis fabula.

Meleager.

τοῦ δ᾽ ε υἱὸς οἰνῆος ἀπέκτανεν μελέαγρος.
perijt aūt hic per facem sceleratā et fatalem matris

Althea, ut quae Thestij filia erat, & Higinius meminit, & Ouid. 8. Meta. cecinit. Porrò & talis propositio mala esset, quae Troianum bellum inciperet ex gemino ouo, quod ex Leda Iuppiter in cygnum uersus sustulit, ex quo nati sunt gemini, quorum Helena soror erat, quae à Paride rapta belli Troiani causa erat Vnde παροιμιακῶς. is orditur à gemino ouo, qui longissime rem repetit, quasi à primis principijs, quod ex fabula omnibus notissima satis liquet. Quare ea propositio laudabilis erit, primum quae ad euentum festinat, hoc est ex qua finis totius operis patet, & non longe abest. Deinde quae à medijs rebus gestis incipit. Sicut Homerus in Iliade quidem à Chryse & contentione Achillis cum Agamemnone, propter Briseida, In Odyssea autem à cõcilio Deorum, quo uisum erat, ut Calypso admonita Vlyssem diutius non detineret Ad hunc modum Maro à nauigatione & naufragio Aeneae exorditur cum à Sicilia oram soluerat. Quod consilium proponendi si quis secutus fuerit, duo sequentur commoda. Prius est, ut Poetastro liberum sit omittere, quibus se imparem esse arbitratur. Postremo ut uera falsis commiscere liceat, sed hic cautione opus est ne qua sit rerũ dissonantia, prima enim ultimis, & ultima primis conuenire debent, cuius exemplum multo certius est in Virgilio, quam in Homero, siquis duntaxat

Gemini. Helena.

A gemino ouo ordiri.

Propositio quę laudanda.

Exordium Homeri & uirgilij.

duntaxat Aeneæ nauigationẽ exquisite obseruauerit.

XIII. PRAECEPTVM.

Tu quid ego.) Est de decoro quadruplicis ætatis, quod diligenter δράματα spectabunt usque ad finem, cuius hic est notatio. Nam non statim populus tanquam gratulabundus plaudebat, neq; ante finem plausores admittebantur, finis autem nõ fuerat nisi aulæa deposita fuerant, eousq; enim spectatores sedebant. Deinde neq; cantori aut Caliopio dicere licuit, uos ualete et plaudite, quod ferè in calce comœdiarum Terentij acclamabatur, etsi id in Tragœdijs non ita appareat tamen chorus sæpe numero ita claudit ut spectatores finem fabulæ instare sentiant. Quod in Plerisq; Sophoclis Tragœdijs factitatum esse uidemus, etsi subobscuræ Hillus id in Thrachinijs præstitit. Eũdem quoq; morem & in Euripide & in nostro latino Tragico poeta quilibet agnoscet. Verum recentiores, quos uidi, Terentium sequuntur. Quod & Quintiliano arr idet in capite secundo libri sexti. Sentit autẽ Horat. si quis spectatores æquo animo adesse uelit, & eosdem totã rẽ pernoscere, neq; tanq̃ nauseabundos aufugere, studeat imitationi morum in singulis ætatibus. Est enim poetica et epopoeia mimesis iuxta Aristotelem, sicut ἀυλῳία & cytharistica. ἀυλαῖα aũt sunt uela picturis intertextis uariegata, aliâs dicuntur

Decorum duplicis ætatis.

Dramatũ finis.

Plausores admissi quando.

valete & Plaudite.

περιπετάσματα. περιστρώματα. τάπητα.

tur περιπετάσματα, alias περιστρώματα aliàs τάπητα, quod in theatris & scænis undiq; expandebãtur, et sternebãtur. Ideo plagæ cortinæ, et stragula latine dicũtur. Hæc aũt uela diversicoloria in applausu spectatorũ cõtrahebãtur ad q, et Hora. allusit.

Pueri. Aetates hominis. βρεφύλλιον. βρέφος. παιδίον. παιδάριον. Vacciæ & compernes pueri παιδίσκος.

Reddere.) Quatuor tantũ ætates agnoscit Horat. principales. Aristoteles uerò tantũ tres. Reliquas aũt his plus minus gradatim aut accedentes aut recedentes, uterq; prudens subticuit. Verũ puer est hic non βρεφύλλιον, nempe infantulus imperfectus, qui adhuc in utero matris latitat, tanq̃ embriõ. Non βρέφος infans iamiam ex utero matris egesthus Non παιδίον puer lactans & sub mammilaris Nõ παιδάριον puer ' qui repit, qui ad gressum surrigitur, qui serpirastris utitur (quales pueri dũ uacciæ aut cõpernes dicti sunt) sed is est q reptat sic ut subleuet, & παπιτάζειν incipiat. Non παιδίσκος qui proximus est superiori, sed q magis lin guam fingit. Non παῖς qui uix in studijs fundamenta iacere potest, sed πάλλιξ, qui modice adoleuit, nondum tamen pubescens, qui ab alijs ἀντίπαις ab alijs μελλοέφηβος uocatur. hunc notat Horat. ex certitudine reddẽdæ uocis & gressus, ex collusione & iracũdia, sed temeraria (uult. n. Quintilianus quoq; eũdem sibi, cui sit indoles egregia, qui ambitiosus, & iracũdus,) ex stoliditate. Est. n. Catonis oraculum odi puerũ præcoci sapientia ex inconstantia.

παῖς πάλλιξ. ἀντίπαις. μελλοέφηβος.

Catonis ἀπόφθεγμα.

Quare

Quare recte Phormio dit sententiã esse puerilẽ. Nolo, uolo. Hinc fit oratio puerilis iuxta illius mores, q̃ cõstãt primũ sentẽtijs paruis, leuiculis friuolis nimiũ uulgarib. Deinde argumẽta habet infirma, digreßiones, ad fabulas nugas, iocosq;, frigidos tropos crebros homæoteleuta & homœoptota frequentia, qualia Dyonisius in Isocrate tanq̃ puerilia notauit. ἐφηβία.

Imberbis.) Altera est ætas, quam & Ari- ἔφηβοι, τριακατᾶιοι.
stoteles agnoscit, priorem enim uix uoluit, cum puerorum non sit, dicere. Vocatur autem hæc ἐφηβία ἀπόδρομοι.
qua homines inciperent pubescere. Postea apud Cy- νεανίσκοι.
renenses ephebi τριακατᾶιοι, apud Cretenses ἀπόδρομοι dicti. Nihil tamen prohibet, quin hic quoq; sint μειράκια, seu μείρακες & νεανίσκοι quas partes latini, nomine adolescentuli & adolescentis complectuntur. Cuius oratio est calore pugnaci, nonnunquam sine causa, immodica atq; interdum importuna, accurata, omnibus q; ornamentis illustris, compositione concinna, moresq; iuuentutis repræsentabit, in qua studium est artis equestris, uenationis, certaminis campestris, amorisq;. Exemplo est Pamphilus, qui à Pædagogo liberatus animum adiunxit ut aleret equos ut uenaretur ut daret symbolum, quo cum alijs esset, ut adiret Chrysidem, & alia quæ nota sunt in Chærea alijsq; adulescentulis qui facile mutabiles sunt, benemonentium

tas, qui sententiam iustam, saluis, si fieri potest, qui busdam uerbis reddere potest.

XII. PRAECEPTVM.

Propositio poetica.

Nec sic incipies) Aliud est de propositione Poëtica seu Exordio quod nō uult esse Thrasonicū. Penè enim idem hic requiritur, quod apud Rhetores, qui in exordijs uerecundiam laudant. Quare Isocrates pallio manum nunquam exerere in actione uoluit. Siquidem turpe est grandius & τραγικώτερον auspicari, & postea deficere, & non ad calcem operis usq; parem esse, & nō iustam harmoniam ad finem usq; ab incepto seruare. Est autem poëtis propositio in uestibulo poëmatum maxime διδασκαλικῶν generalis, quæ summam totius argumenti, quod Aristoteles ὑποκείμενον appellat, continet. Habetur igitur tituli uice, & cum uniuersam causam cōplectatur, Græcis quidem est ea potißimum, quæ per expositionem & inuocationem fit. Vtrumq; enim inter se commiscent quàm ueteres poëtæ καταβολὴν nominant. Homerus in odyssea.

Græcorū propositio cū inuocatione coniuncta

ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη, ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε, In Iliade uerò,

μῆνιν

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος
οὐλομένην, ἣ μυρὶ ἀχαιοῖς ἄλγὲ ἔθηκεν.

Hesiodus aũt nonnihil ab illo receßit, & plus æquo loquacior est utroq; opusculo, tam in Ergis *quàm in* Theogonia. *Latini autem utrumq; ab altero separant, prius enim exponunt, deinde inuocant.* Velut Virgilius, *Arma uirũq; cano. &c.* Deinde *subijcit. Musa mihi causas memora. Est autem hæc propositio composita.* Nam *plures partes comprehendit.* Canit *enim* Aeneam *uirum armatum, exulem, & authorem* Romanæ *monarchiæ. Studuit autem utriusq; poëmatis* Homerici *propositione sub una concludere.* Verum *quæ est in* Georgicis *cõ plures habet partes, quæ postea sigillatim in unoquoq; libro iterũ proponuntur.* Talis *quoq; est* Ouidij *in* Fastis, *siquidem non tantum tempora, sed etiã ortum & occasum syderum canit, quibus illa notantur ποιητικῶς,* Sic *enim proponit.*

Virgilij propositiones.

Ouidij propositio.

Tempora cum causis Latium *digesta per annum,*
Lapsaq; sub terras, ortaq; signa canam.

Cui de more Inuocationem *subiungit, Excipe pacato* Cæsar Germanice *uultu. &c.* At *in libello de arte amãdi simplex tantũ est cum unam complectatur rem, nempe ἐρωτικήν.* Sic *autem habet.*

Si quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Me legat, & lecto carmine doctus, amet. Verum

siue Iouem pingat, siue Thersiten. Quamobrem Homerica propositio summopere est extollenda, in qua tales stoliditates, & ineptiæ non perspiciũtur. Nam is sic exorsus est, ut poema modesta quadam propositione constaret, & postea in medio corpore magis atq; magis insurgeret, sic futurum esset ut ex fumo lux daretur, & non ex fulgore fumus, quod Cyclicus patraße uidetur. Decet enim quæ obscura seu fumosa sunt bene explicare, & plana facere, & nõ res dilucidas intricare. Quod ille sibi uult uersus παροιμιώδης. Dare enim fumum ex fulgore est rem perspicuam & plerisq; notã obscuram reddere Contrarium est, ex fumo dare lucem, pro eo, quod est intricata euoluere & extricare. Quod Homerus religiose seruauit. Nam postquam modeste & θρασονικῶς proposuerat. Deinde in ipso poematis penè medio, uelut ex ditißimo pœnu depromit miracula non nisi speciosa, insignia, illustria, & ἀρίγνωτα, ueluti quæ Odysse. κ. de Antiphate lestrygonum rege subdiderat, qui ad miraculum usq; inhospitalis fuit, ut uerus ἀνθρωπόφαγος, Solitus enim erat homines deuorare, ut uel Scythicam barbariem superaret, quem nonnulli socij seu potius comites Vlyßis suo magno malo experti sunt, cuius rei exemplum æditum est, ueluti his uersibus constat.

Homerica propositio.

Dare fumum ex fulgore quid?

Ex fumo lucem dare?

Antiphates anthropophagus.

ὃς δὴ τοῖσιν ἐμήσατο λυγρὸν ὄλεθρον,
αὐτίχ' ἕνα μάρψας ἑτάρων ὡπλίσατο δόρπον,

Scylla & Charybdis. Postea odyßeæ. μ. Scyllan & Charybdim Siculi freti monstra uberrime cecinit quæ in prouerbium abierunt, & illum in eorundem descriptione Ouid. 14. Meta. imitatus est. Mythologiam autem si quis uelit, ex Iustino, ex Strabone, & alijs Historicis, & Geographicis petat necesse est. nisi quis eãdem προτρεπτικὴν esse maluerit. Verum haud multo an-

Cyclops. te nempe Odyß. 9. Cyclopas depingit, quorum patria erat Sicilia, non tantum propter corpora monstrosa, atq; eorũdem deformem constitutionem, Sed etiã his mores congruentes, ut physiognomones ani-

Cyclopica uita. maduertunt. Nota enim est uel ex prouerbio quotidiano Cyclopum uita, de quibus sic Homerus.

τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες,

In quem locum haud pœnitenda Strabo, & ante hũc

Polyphemus Cyclops. Plato obseruauerũt. Cyclops aũt hic κατ' ἐξοχὴν polyphemus est, q Cyclopũ dux à plærisq;, et ab ipso Marone fingitur. Quare sæpe fit, q hic à Cyclope alius quispiã statuatur, quod Tibullus agnouit dũ ait.

Non ualuit cæptos cursus auertere Cyclops.
Ceßit & Ætneæ Neptunius incola rupis.

Nisi quis cõtenderet, authore Septimio, Antiphatem Strigonis filiũ, & poliphemũ Cyclopis. Cæterũ quã impius erat ergą deos et hospites, idẽ Home. copiosiß.

ex cæna

ex cæna eiusdē significat, quæ sic ab illo decantatur.
σὺν δὲ δύω μάρψας ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίαν.
κόπτ᾽ ἐκ δ᾽ ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε. & alia, quæ sequũtur. Locus. n. est in prõptu. Quod Ouid, quóq; cõfirmat, nempe ille immitis, & ipsis Horrendus syluis, & uisus ab hospite nullo Impune. & magni cũ Dijs contemptor Olympi.

Vnde ordiri liceat poetis.

Nec reditũ.) Cõstat igitur iã proponedũ esse hac lege ut grauiorib. incepto postea esset locus. At unde nũc auspicandũ est. Respondet nõ iã inde à primo principio, sed potius à medio negotio, sicut Hom. à medio bello Troiano uix incipit, attamē principiũ deinde suo loco admiscet. Idem cõtigit in erroribus Vlyßis, quos nõ ab initio repetit sed medios auspicatur. Quod cõsiliũ & Virg. arrisit. Quare Cyclicus poeta iterũ reprehendendus est, q͂ bellũ Troianũ decãtaturus iã longe à fortuna Priami, cũ nondũ belli suspicio fuerat, tãtũ abest ut exarserat, ut susceptũ bellũ gestũ fuerat, incipere uoluit. Neq; minus stultus et ineptus esset poetaster, Diomedis reditũ descripturus, si ab interitu Meleagri inciperet. Diomedē. n. regno expulsũ, sed redeũtē Aegiale aditu p̄ ciues prohibuit, quēadmodũ Dictis Cretensis memoriæ prodidit. Meleager aũt Diomedis frater fuit, utriusq; .n. Oeneus pater fuit, de hoc sic Homerus.

Diomedis fabula.

Meleager.

τὸν δὲ ὑιὸς οἰνῆος ἀπέκτεινεν μελέαγρος.
perijt aũt hic per facem sceleratã et fatalem matris

Altheæ, ut quæ Thestij filia erat, & Higinius meminit, & Ouid. 8. Meta. cecinit. Porrò & talis propositio mala esset, quæ Troianum bellum inciperet ex gemino ouo, quod ex Læda Iuppiter in cygnum uersus sustulit, ex quo nati sunt gemini, quorum Helena soror erat, quæ à Paride rapta belli Troiani causa erat Vnde παϱοιμιακῶς. is orditur à gemino ouo, qui longissime rem repetit, quasi à primis principijs, quod ex fabula omnibus notissima satis liquet. Quare ea propositio laudabilis erit, primum quæ ad euentum festinat, hoc est ex qua finis totius operis patet, & non longe abest. Deinde quæ à medijs rebus gestis incipit. Sicut Homerus in Iliade quidem à Chryse & contentione Achillis cum Agamemnone, propter Briseida, In Odyssea autem à concilio Deorum, quo uisum erat, ut Calypso admonita Vlyssem diutius non detineret Ad hunc modum Maro à nauigatione & naufragio Aeneæ exorditur cum à Sicilia oram soluerat. Quod consilium proponendi si quis secutus fuerit, duo sequentur commoda. Prius est, ut Poetastro liberum sit omittere, quibus se imparem esse arbitratur. Postremo ut uera falsis commiscere liceat, sed hic cautione opus est ne qua sit rerũ dissonantia, prima enim ultimis, & ultima primis conuenire debent, cuius exemplum multo certius est in Virgilio, quam in Homero, si quis duntaxat

Gemini. Helena.

A gemino ouo ordiri.

Propositio quę laudanda.

Exordium Homeri & uirgilij.

dũtaxat Aeneæ nauigationẽ exquisite obseruauerit.

XIII. PRAECEPTVM.

Tu quid ego.) Est de decoro quadruplicis ætatis, quod diligenter δράματα spectabunt usque ad finem, cuius hic est notatio. Nam non statim populus tanquam gratulabundus plaudebat, neq; ante finem plausores admittebantur, finis autem nõ fuerat nisi aulæa deposita fuerant, eousq; enim spectatores sedebant. Deinde neq; cantori aut Caliopio dicere licuit, uos ualete et plaudite, quod ferè in calce comœdiarum Terentij acclamabatur, etsi id in Tragœdijs non ita appareat tamen chorus sæpe numero ita claudit ut spectatores finem fabulæ instare sentiant. Quod in Plerisq; Sophoclis Tragœdijs factitatum esse uidemus, etsi subobscuræ Hillus id in Thrachinijs præstitit. Eũdem quoq; morem & in Euripide & in nostro latino Tragico poeta quilibet agnoscet. Verum recentiores, quos uidi, Terentium sequuntur. Quod & Quintiliano arr idet in capite secundo libri sexti. Sentit autẽ Horat. siquis spectatores æquo animo adesse uelit, & eosdem totã rẽ pernoscere, neq; tanq̃ nauseabundos aufugere, studeat imitationi morum in singulis ætatibus. Est enim poetica et epopoeia mimesis iuxta Aristotelem, sicut αὐλῳδία & cytharistica. αὐλαῖα aũt sunt uela picturis intertextis uariegata, aliâs dicuntur

Decorum duplicis ætatis.

Dramatũ finis.

Plausores ad missi quando.

valete & Plaudite.

περιπέτάσματα. περιςρώματα. τάπητα.

tur περιπέτάσματα, alias περιςρώματα alias τάπητα, quod in theatris & scænis undiq; expandebātur, et sternebātur. Ideo plagæ cortinæ, et stragula latine dicūtur. Hæc aūt uela diuersicoloria in applausu spectatorū cōtrahebātur ad q, et Hora. allusit.

Pueri Aetates hominis. βρεφύλλιον. βρέφος. παιδίον. παιδάριον. Vacciæ & compernes pueri παιδίσκος.

Reddere.) Quatuor tantū ætates agnoscit Horat. principales. Aristoteles uerò tantū tres. Reliquas aūt his plus minus gradatim aut accedentes aut recedentes, uterq; prudens subticuit. Verū puer est hic non βρεφύλλιον, nempe infantulus imperfectus, qui adhuc in utero matris latitat, tanq̄ embriō. Non βρέφος infans iamiam ex utero matris egestus Non παιδίον puer lactans & sub mammilaris Nō παιδάριον puer ᶜ qui repit, qui ad gressum surrigitur, qui serpirastris utitur (quales pueri dū uacciæ aut cōpernes dicti sunt) sed is est q reptat, sic ut subleuet, & παπιτάζειν incipiat. Non παιδίσκος qui proximus est superiori, sed q magis linguam fingit. Non παῖς qui uix in studijs fundamenta iacere potest, sed πάλληξ, qui modice adoleuit, nondum tamen pubescens, qui ab alijs ἀντίπαις ab alijs μελλοέφηβος uocatur. hunc notat Horat. ex certitudine reddēdæ uocis & gressus, ex collusione & iracūdia, sed temeraria (uult. n. Quintilianus quoq; eūdem sibi, cui sit indoles egregia, qui ambitiosus, & iracūdus,) ex stoliditate. Est. n. Catonis oraculum odi puerū præcoci sapientia ex inconstantia.

παῖς. πάλληξ. ἀντίπαις. μελλοέφηβος.

Catonis ἀπόφθεγμα.

Quare

Quare recte Phormio ait sententiã esse puerilẽ. Nolo, uolo. Hinc fit oratio puerilis iuxta illius mores, q̃ cõstãt primũ sentẽtijs paruis, leuiculis friuolis nimiũ uulgarib. Deinde argumẽta habet infirma, digreßiones, ad fabulas nugas, iocosq́;, frigidos tropos crebros homæoteleuta & homœoptota frequentia, qualia Dyonisius in Isocrate tanq̃ puerilia notauit. ἐφηβία.

Imberbis.) Altera est ætas, quam & Aristoteles agnoscit, priorem enim uix uoluit, cum puerorum non sit, dicere. Vocatur autem hæc ἐφηβία ἀπόδρομοι. qua homines inciperent pubescere. Postea apud Cyrenenses ephebi τριακάτιοι, apud Cretenses ἀπόδρομοι dicti. Nihil tamen prohibet, quin hic quoq; sint μειράκια, seu μείρακες & νεανίσκοι quas partes latini, nomine adolescentuli & adolescentis complectuntur. Cuius oratio est calore pugnaci, nonnunquam sine causa, immodica atq; interdum importuna, accurata, omnibusq; ornamentis illustris, compositione concinna, moresq; iuuentutis repræsentabit, in qua studium est artis equestris, uenationis, certaminis campestris, amorisq́;. Exemplo est Pamphilus, qui à Pædagogo liberatus animum adiunxit ut aleret equos ut uenaretur ut daret symbolum, quo cum alijs esset, ut adiret Chrysidem, & alia quæ nota sunt in Chærea alijsq; adulescentulis qui facile mutabiles sunt, benemonentium

Marginal notes: ἔφηβοι, τριακάτιοι. — νεανίσκοι.

uentum dicto non audienteis, imprudentes, improuidi prodigi, superbi, ambitiosi, & inconstantes. Idcirco Dauus Terentianus ait affectum illum amoris in adolescentibus esse triduum. Nam quod uolebat iam non uult, quod amabat iam repudiat.

III. Aetas Virilis.

Conuersis) *Tertia aetas est uirilis, quae Aristoteli media est, Alexioni ἀνὴρ μέσος, cui alij sunt mores. Quadrat enim & huc illud Terentij, alia aetas alios postulat mores, quales in uiris perspiciuntur, quòd faciundae pecuniae sibi studeant, quòd amicos concilient, et πολυφιλία gaudeant, titulos quaerant, honores, et dignitates, quòd certum uitae genus instituant, et alia quae satis copiosa apud Aristotelem leguntur.*

Oratio uirilis.

Quare oratio uirilis erit matura, à qua inportunitas et feruor abest, sed audacia adest ex iuuenili ardore in usurpandis uerbis & sententijs. Igitur eadem proxima uituperationi & reprehensioni erunt.

IIII. Aetas senilis.

προβεβηκώς

ὠμογέρων.

γέρων.

Multa senem.) *Quarta aetas est senecta. Hic autem non capimus προβεβηκότα, quem ὠμογέροντα nominant, hoc est eum qui non in multam aetatem progressus est, & in primis gradibus senij consistit sed γέροντα, hoc est, qui aetatem ingrauescentem agit, cui morbi tam multi accidunt, ut ipsa senectus morbus iudicetur. Taceo plerosque senes esse auaros, Cuminisecas, meticulosos, delatores,*

res, morosos, præteritorū laudatores, & censores. Quales sunt in Terentio Simo, Demea, & in Plauto Euclio, & alij complures, qui ita morati plerunq; sunt etiam inuito Catone apud Ciceronem. Quare cū ijs sit parsimonia, tardus inceßus, quia pedetentim ingrediūtur, & prudentia, quia sunt circūspecti & censuram de alijs agunt, iuxta eiusmodi quoq; mores senilis oratio nascetur, quæ mitis est, cum calorem uirilem, qui deferbuit, non retineat: remissa est, quia copiæ non sunt affectatores, sine affectuum δεινώσει, sine pugnacitate argumentorum sine ornamentis & cultu: grauis est, quia sententias magni ponderis, argumenta solida & firma magis quam arguta, ἤθη magis quam πάθη habet, sicut & periodos aliquantulū dissolutas, cola longiora, pauciora translata, rariora schemata, longas uocales cum sono firmo & robusto, & antiquorum uerborum quorundam interiectione. Sunt enim non tantum in unaquaq; ætate mores seruandi more Comicorum & Tragicorum, sed ijsdem quoq; iuxta eosdem affingenda est sua oratio. Oratio senilis.

Multa ferunt.) γνώμη est de imitatione ætatum, quibus adulescentibus multa quidem cōmoda adsunt decrescentibus autem multa desunt. Quare recte apud Aristophanem ῥυπῶντες, κύφοι, ἄθλιοι, ῥυσοὶ, μαδιῶντες, νωδοὶ, ψωλοί, hoc

H est,

est, squalidi sunt, gibbosi seu incurui, miseri, rugosi glabri seu calui, edentuli, & carentes mentula, tan quam impotentes seu eunuchi. Sic apud Terentiũ ca pulares sunt & silicernia. Carion apud Aristophanem iisdem ψυχρὸν βίον καὶ δύσκολον attribuit. Quare decorum uniuscuiuslibet ætatis diligen ter attendẽdum est, ut suum pueris, suum senibus, suum iuuenibus detur, sicut fortunæ, patriæ nationis & aliarũ circumstantiarum ratio fuit, quam supra docuimus.

XIIII. PRAECEPTUM.

Aut agitur res.) Adhortatur ut in conficiendo poemate maxime δραματικῷ, quæ obscæna & horrenda terribiliaq; sunt, non repræsen tentur. Quotusquisq; enim qui nõ abhorreret si quis Mimorũ aut histrionũ Glicerium parere publice osten deret? sic indecorum esset Chæream Thaidi uentulum facere, sic indecorum si Iuppiter triduum in unũ diem, Alcmenæ incumbens, uerterit. Consulere enim decet oculis, etiamsi aures pudicorum hominum non parum interdum offendantur. At in tragœdijs quoq; atrocia uitanda sunt ne publice agan tur, qualia sunt ex Sophocle, cum Aiax furibundus seu μανιακός sibi mortem cõsciuerat, cum Oedipus oculos suos effoderat, cũ eius mater et uxor Iocasta laqueo uitam finierat, quorum nullum agitur,

Obscæna et horrenda in scena non repræsentanda.

sed

sed adest ἐξάγγελος, qui eadem facta narrat. Id ipsum quoq; à nostro Seneca neglectum non est, etiamsi Horatius κατὰ παρομολογίαν non abneget, plus mouere uisa quam audita. Nam hæc facile per aures dilabuntur, & mente excidunt, illa uero quam diutißime retinentur. Deinde etsi oculis plus fidei habeatur, quàm auribus, (Nam & Plautus testem oculatum aurito prætulit, adeo ut oculi uere dicantur fideles) tamen quia obscœna & parum pudica sunt, quia atrocia, & τὰ δεινὰ publice agenda non sunt, sed semouenda, cum non sint oculis spectatorum digna, sed tantum narranda. Cuius præcepti quatuor hic sunt exempla, quorum primũ est de Medea quæ Aeetæ Colchorum regis filia fuit à matre Hecate, teste Appolonio lib. 3. uenefica et magica didicit, sed cũ à Iasone, quem deperibat, ut pluribus Orpheus & Appollonius & Ouidius canunt, contempta fuit, filios necat. Quanquam non desunt authores, quorum sententia alter filius interfectus est, alter enim in uenatione perijt. Duos autem tantum filios habuit, ut Higinius meminit, & nos supra. Quod Tragicum facinus Euripides & Aeschylus conscripserunt, eamq; latinam fecisse traditur Ouidius, quam Fabius Quintilianus haud parum commendat. Post hos fuit Seneca cuius in hoc argumento poema adhuc reliquum est.

Visa plus mouent quàm audita.

Medea.

Ouidij Medea.

Seneca Tragœdiæ scriptor.

Atreus. Alterũ est de Atreo, qui filios coctos Thyesti fratri epulandos apposuit. Dolebat enim uxorem suam
Thyestes. Europen à Thyeste uiciatã fuisse. Ideo ex adulterio liberos susceptos interfecit, & coxit, ut ab ipso patre deuorarentur. Quare Thyestea cœna dicitur πα-
Cæna Thyestea ϱοιμιακῶς, quoties quis sua uiscera absumit. Vter que autẽ Pelopis filius erat. Qui Peloponneso nomẽ
Pelops
Virgilij Atreus indidit. Verum id factum Virgilius decantaße memoriæ proditum est à Donato, sed ea Vari nomine edita fuit, idem argumentum Vectius, authore Quintiliano, magna laude composuit. Post hos omnes Seneca in ea, quæ Thyestes inscribitur, absoluit. Fabulam quoq; Ouidius habet in Metamor. Tertium
Progne est de Progne, quæ Terei uxor fuit, sed quia huius sororem Philomelam maritus uitiârat, Progne dolens Ityn ex se & Tereo natum, occisum & coctum patri in epulis apposuit, sed hæc tandem Deorum misericordia in hirundinẽ uersa est, iuxta Ouidiũ &
Cadmus Higiniũ. Vltimũ est de Cadmo Agenoride, q Thebas in Bœotia condidit, ut ante Ouidiũ Musæus cecinerat, à quo Thebani καδμέιονες apud Homerũ
Thebani Cadmiones & Bœotia Cadmæa dicta est. Agenoris autem & Argyopes iuxta Pherecyden, & non Argisopes, ut exemplaria Higinij constanter habent, filius erat, in draconem conuersus est ira Martis, quia Draconem Castalij fontis custodem occiderat. Sed μυθολογι-

κῶς

59

κῶς, dici potest, quod Thebis in Illyriam ob Lini cædem profugerat. Ibi enim Methamorphosis facta esse creditur, hoc est, ab humanitate & ciuilitate ad barbariem. Eius autem figmenti primus author Demosthenes creditur fuisse propter illius prudentiã in consultationibus & uirtutem bellicã. Sunt qui ad peritiam linguæ & Græcæ & Aegiptiacæ referũt, ut Eusebius. Sunt qui ad matrimonij cõstitutionem, ut Iustinus. Noluit enim Cadmus promiscuũ concubitum. Hæc & alia id genus in scænis ostendenda non sunt, tum quia odiosa erunt, tum quia non facile ijsdem fides habebitur.

XV. PRAECEPTVM.

Neue minor.) Est de numero actuum in dramatibus, quos Græci non accipiunt. Aliæ enim ijsdem sunt partes, quas in poetica sua Aristoteles connumerat. Possunt tamen cũ actibus bona ex parte si quis uelit, cõferri. Cæterũ neq; plures neq; paucio res actus quam quinq; requiruntur, in ea præsertim comœdia quæ posteris digna censcenda, & quæ cedro oblita in bibliothecam ueterum more reponenda esset. Quod autem tot non sunt in Plautinis quibusdam comœdijs, mediocriter prudens rationem non ignorabit. Debet quidem Comœdia quinq; partita esse, quarum prima argumentum ex — Actuũ numerus

plicat & ferè πρότασιν complectitur, & in hac sunt sæpe apud Terentiũ προτατικὰ πρόσωπα. Secunda eandem absoluit. Tertia habet incrementa turbarum, & contentionum, in qua est ἐπίτασις Quarta turbarum medicinam quærit, & est tanquam παρασκευαστικὴ ad catastrophen, quam Quinta sibi iure uendicat. Curandum tamen est ne qua persona, in fine cuiuslibet actus in theatro seu pulpito sit reliqua, quandoq; aliud quiddam histriones allaturi sint, quibus pariter attentioni studetur dum nouum & maius quiddam afferri arbitrantur spectatores.

XVI. PRAECEPTVM.

Nec Deus.) Consulitur ne Deus sit in Comœdia, nisi aut puniat, aut subueniat. Nam in Tragœdia ἀπὸ μηχανῆς Deus quidam apparet, qui tumultibus finem imponit, sicut iracundi Achillis aurem uellit Pallas, Ilia. α. Homeri. Hinc Cicero in. 1 de natura Deorum, ait: Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente poßit, non uidetis ut Tragici Poetæ cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum &c. Id autem in Comœdijs fieri non debet, nisi tam præsens necesßitas adesset, ut sine numine aliquo res transigi non posset, ut licet uidere in Amphitryone Plauti. Vide Prouerb. apud Eras. Deus ex improuiso apparet.

60

XVII. PRAECEPTVM.

Nec quatta.) *Hæc in scæna non est recipienda uel si recipiatur sermonibus rariuscule interponend. Vbi uero tertia adiungitur plærūq; fit, ut aliorū dicta ex insidijs nō respōdens suscipiat, uel si opus est, occulte respōdeat. Huius loci est illud* κωφὸν πρόσωπον.

XVIII. PRAECEPTVM.

Authoris proles.) *Est de officio chori, qui Græcis familiarior est atq; latinis. Cōstabat aūt olim duodecim personis, postea quindecim ut Aristoteles in poetica, si titulus non fallit, subindicat, & sunt eiusdem nationis cuius est primaria persona, queādmodū in Aiace Sophoclis sunt nautæ Salaminij. Hos enim in classe ille habuit. Adde quod scæna huius tragœdiæ in portu erat. Sic & in Oedipode Tyrāno, is collectus est ex ciuibus Thebanis. Nam ille Thebanus erat, etsi* ξένος λόγῳ μέτοικος. *Sic in eiusdem Electra idem fit ex cœtu Argiuarum puellarum, cū ipsa erat Argiua. Sed apud Aristophanem in Pluto non temere ex rusticis & agrestibus hominibus constat, sicut* νεφέλαι *eiusdem miro quodam artificio nebulas cōtinent. Nouē aūt Chori officia ex argumēto, quod cōtinet sumūtur. Primū est* ἀναφορικὸν, *in quo maledicta aduersario referūtur, & fit authoris patro-*

Chori officium

Chori officia nouem.

patrocinium ne quid illi impingatur. Alterum est αἰτιολογικὸν, quod causas infert in medio actuũ ne quid uideatur ἀνακολουθὸν quod nõ cohæreret in synepia, & πρὸς ἔπος non faceret. Tertium εὐκτικὸν quod bonis, quos nunc uulgus uirtuosos nuncupat optima quæq; & fœlicissima precatur. Quartum est ἐπαρεστικὸν seu reconciliatorium. Conciliat enim iratos, Sophocli admodum familiare. Siquidem Chorus inter Creontem & Oedipodem, sicut paulo ante inter hunc & Tiresiam intercessit, ut cõtrouersia penitus componeretur. Quintum est συστατικὸν seu cõmendatitium, quo boni extollun tur, qui non tam formidine pœnæ, ut ille canit, quàm uirtutis amore peccare timent. Sextum est μεμπτικὸν quo crebræ commessationes, epulæ & crapulæ redarguũtur, & κατ᾽ ἀντίθεσιν, parsimonia col laudatur. Septimum est προτρεπτικόν, quo fit ad hortatio ad honestatẽ, ad iura tãpublica quam priua ta, sicut erant ἄξωνες & κύρβεις Solonis decreto. His enim pax & ocia literata conseruantur, cum portæ hic fingantur apertæ, non aliter atq; in scuto Achillis apud Homerum. Quod sanè quam diligenter Seneca obseruauit, adeo ut neutiquàm Græcis, præsertim Sophocli, cederet. Ille enim subinde θέσεις aliquot explicat, & ῥητορικώτερον. Octauum est, σιωπηρόν, id est, taciturnum, quod

αἰτιολογικὸς. εὐκτικος χόρος. ἐπαρεστικός χόρος. συστατικός χορος. μεμπτικός χόρος. προτρεπτικὸς χόρος. σιωπηρὸς χόρος.

quod commissa sibi non effutit, ut in Aiace Sophoclis fit, in quo id chorus plærumq; tegit & dißimulat, uel inuita Tecmessa. Vltimum est χετλιασικὸν, quo deorum misericordia & gratia in calamitosos expetitur. Solet enim Deus humilibus & miseris esse gratiosus, sed superbis & fastuosis resistit. In summa chorus in omnibus officijs nihil aliud agit, quàm aut Philosophum aut Theologum. Antiquitus enim poëtica & philosophia Theologia erat, ut infra indicabimus.

χετλιασικὸς Chorus.

XIX. PRAECEPTVM.

Tibia) Est de canticis, quæ in dramatibus non à poëta, sed modis, à perito artis Musicæ factis, temperabantur, in quibus & tibiæ adhibebantur, nunc sinistræ, nunc dextræ, nunc utraq; simul, iuxta materiæ uel iocosæ uel seriæ & grauis qualitatem. Verum aulodiæ subinde more aliarum artium aliquid accesßit, & nescio quibus non in rebus posteritas peritior fit. Sũt enim prima fundamẽta quarũlibet rerũ adhuc rudia, sed postea in dies magis atq; magis expoliuntur. Erat enim hæc pars Musicæ organicæ simplicißima, quæ nũc πνευματικὴ, nũc apud Plutarchum ἐμπνευστὴ dicta est. Nam olim stipulam inflabant, qui ῥάπαυλαι, olim calamum, qui καλάμαυλαι uocabantur. Deinde

De canticis.

Tibiæ in Dramate.

Aulodia.

Organica Musica.

ῥάπαυλαι.

καλάμαυλαι.

apud Scythas ex arundine, apud Aegyptios ex loto, apud Thebanos ex oßibus hinnulorum, & apud alios ex alia materia, ut ferebãt tempora, conficiebantur. Quare eò peritiæ ἀυλωδικῆ uenerat, ut iam non ossea, non buxea, non harundinea, sed ex aurichalco compacta esset, tubæ non admodum cedens ratione soni. Pollux quidem tubam Tyrrhenis acceptam fert, tam rectam quàm tortilem, nam & ea tam ex ære quàm ex ferro componebatur. Aemula quoq; esse potest propter usum. Nam tuba affectus concitabantur, ἐξορμητικός, aut receptui ea canebatur, ἀνακλητικός, aut in pomparum, ludorum, & sacrificiorũ cæremonijs erat, πομπικὸς & ἱερουργικός. Verum primum fuerat tibia minutula, qualis erat apud Phœnicas γιγγρίας quam Latini gingrinam nominamus, quæ licet breuior fuerat, subtilioribus tamen insonabat modis. Deinde succeßit μονοκάλαμος, & non πολυκάλαμος, aut πολύφθογγος, quam Mercurius inuenit, non κηροδετος, quam aut Marsiæ aut Pani debemus, ut de ea in Bucolicis docuimus. Neq; eadem fuit ὑποτρητος, id est, quæ mirum in modum perforata & tessellata (id enim sibi uult τρητός) attamen huiusmodi tibia de more in choris adhibebatur. αἰτιολογία est, quia theatra non erãt ita frequentia propter populi paucitatem, sicut ex censibus quam

Tuba & eius species.

Tibia γιγγρίας.

μονοκάλαμος.

quàm facillime quis supputaret, & propter frugalitatem, castitatem, & uerecundiam. Tum nondum tantum in his insumere affectabant, neq; Aediles tam sumptuosa spectacula ædiderant. Porrò theatri originem huiusmodi Caßiodorus tradit: Cum agricultores feriatis diebus sacra diuersis numinibus per lucos uicosq; celebrarent, Athenienses primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt θέατρον, Græco nomine uisorium appellantes, quod eminus turba conueniens & astans sine aliquo impedimento spectaret. Hunc morem, ut pleraq; alia, Romani postea in urbem transtulerunt. Primum erat hemicyclus nullo obtectus fornice, linteis quandoq; obtegebatur. Catullus enim, authore Plinio, primus in eo de linteis umbrã fecit. Verũ in eo erant gradus, in quibus homines ad spectandum considebant, ita ut altiores in ambitu semper excrescerent. In quam formam M. Scaurus extruxit ædificium in sua ædilitate, quod fuit scænæ triplicis trecentarũ sexaginta columnarũ, pars aũt scænæ interior è marmore fuit, media è uitro. At postea inaudito genere luxuriæ colũnæ summæ erãt tabulis deauratis & duo de quadraginta pedũ. Deinde alia à C. Curione extructa sunt amplißima ex ligno acerno. Postremò erat ἀμφιθέατρον uelut ex duobus constans theatris, quod ex quadrato lapide

Theatri orig.

θέατρον.

M. Scauri theatrum.

C. Curionis Theatrum.

ἀμφιθέατρον.

pide

pide primus Pompeius Magnus Romæ inchoauit, Caligula perfecit ab Augusto destinatum, à Vespasiano ædificatum, à Tito cõsecratum, à Nerone insano sumptu deauratum, ut in illo Armeniorum regem exciperet, de quo consule potißimum Vitruuium. Quare Horatius quoq; ex urbe adaucta & amplificata (confluebat enim undiq; magna hominum turba, adeoq; colluuies quædam ibi erat) accesionem esse factam ait in geniali luxu, cũ nondũ erant leges sumptuariæ latæ, in Musica harmonica & Rhithmica. Concinebant enim duo tibicines iuxta certas leges, quæ ξυναύλια uocabantur. Postea tamen plures natæ sunt, quas Olympius Marsiæ discipulus conscripsit nominauitq; ἀυλητικοὺς νόμους.

Pompeij theatrum.

ξυναύλια.

ἀυλητικοὶ νόμοι.

Spissa) Accepit enim cauea ipsa LXX. M. authore Plinio. Antea autem subitarijs gradibus, & scæna in tempus extructa ludi ædebantur. Et si quis uetustiora tempora repetierit, stantem populum spectauisse cognoscet ex lib. 14. Taciti. Tanta simplicitas antiquis erat. Eius sententiæ est Persius hoc uersu.

Nec sinuosa cauo pẽdebãt uela theatro. & Ouid.

Tunc neq; marmoreo pendebant uela theatro,
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

Postea autem uela addita sunt à Q. Catulo, sed à

Lentulo

Lentulo ſpinthere Carbaſina uela. Quàm magna fuerant theatra Pompeij *&* M. Scauri *ſatis notum eſſe arbitror ex ſuperioribus.*

Indoctus) *ἀνθυποφορά, cur non antea tãtum fuit aulodiæ auctuarium? quia indocti erant uix ab agricultura liberati, imò ſine deſcrimine eru ditionis & honeſtatis coniuncti erant. Qui enim fieret, ut tum muſis locus eſſet, & ingenioſorũ hominum authoritas & æſtimatio?*

Sic priſce) *Quaſi ex* Epiphonemate *ueterem aulodiam adauctam fuiſſe contendit, quando in ſua arte laſciuiebat ſyrmate ornatus. Canebat autem* δίαυλον, *quod fiebat in ſcæna omnibus tacẽtibus.* Sed *quando motus fit mentio, alludit ad tibias ſaltares, cum in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedes mouebantur, teſte* Plinio. *Syrma erat ueſtis* Tragica, *iuxta* Pollucem, ἀπὸ τοῦ σύρειν, *quod eſt trahere. Quare* κατὰ μετωνυμίαν *pro* Tragœdiá *ſæpe capitur.* Iuuenalis, *Quãquã omnia ſyrmata uoluas. &c.*

Sic etiam fidibus) Horati, *ſi hodie choraulion audires, mirareris tibias concinere fuſcas, puellares, gingrinas, miluinas, turarias, corinthias, polypthongos, & alia genera, quibus non deſunt ſua* κρουσματικά, *ipſe diceres ſupra modum iſtam artem creuiſſe. Notũ eſt ſub* Ptolomeo *in imo* προσ- Tibiarũ genera

λαμ-

λαμβανόμενον accessisse, in summo extremam ὑπάτην ὑπατῶν fuisse, ita ut δὶς διὰ πασῶν ambitus nō excederet, hodie uerò τετράκις διὰ πασῶν cerneres. Quod augmentū in cytharistica, in aulodica & lyrodia factū est. Idem uidetur in eloquentia, quæ multo uberior quam antea, quæ non tantum in Lenocinio uerborum consistit, sed etiam in sententiarum congerie, & pōdere, quæ utiles sunt, & certæ tanquàm ex tripode dictæ, non inferiores oraculo Apollinis. Nam apud Delphos Apollo uaticinabatur, qui rupe habitabant. Quare Sophocles θεαπιέπειαν δελφικὰν πέτραν dixit. sunt autem Delphi Apollinis cultores in Phocide, ubi huius erat templum, & urbs πυθὼ, quæ diues dicitur apud Homerum, propter dona, quæ illò ab omnibus terris mittebantur. Per sortes uerò oracula intelligit uersibus primum ædita.

Eloquentia adaucta.

Apollinis oraculum.

Delphi.

πυθὼ.

XX. PRAECEPTVM.

Satyricum poema uetus.

Carmine) Est de ueteri satyrico poëmate, de quo & antea in Prolegomenis nostris adnotauimus. Et de hoc Aristoteles in poëtica sic ait, ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ τοῦ σατυρικοῦ, μεταβάλλειν. &c. Hoc autem animi gratia grauitati Tragicæ permiscebatur, obseruata tamen tragica

maie-

maiestate. Hircus autem tum erat recitantium præmium, qui uilis ideo dicitur, quod Athenienses plurimum iisdem donarunt, & plus operæ in his ludis posuerint, quàm in patriæ defensione contra barbaros Tracas, Persas, & alios, de quibus sic Plutarchus. ὡς ἁμαρτάνουσιν ἀθηναῖοι μεγάλην τὴν σπουδὴν εἰς τὴν παιδιὰν καταναλίσκοντες, τουτέστι μεγάλων ἀποστόλων δαπάνας, καὶ στρατευμάτων ἐφόδια καταχορηγοῦντες εἰς τὸ θέατρον, ἂν γὰρ ἐκλογισθῇ τῶν δραμάτων ἕκαστον ὅς ἂν καθέστη, πλέον ἀνηλωκὼς φανεῖται ὁ δῆμος εἰς Βάκχας καὶ φοινίσσας, καὶ οἰδιπόδας, καὶ ἀντιγόνην, καὶ τὰ μηδείας κακὰ, καὶ ἠλέκτρας, ὧν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας καὶ τῆς ἐλευθερίας πολεμῶν τοὺς βαρβάρους ἀνάλωσεν. Quare Græci multo liberaliores fuerũt q̃ Romani cũ illi quidẽ maximarũ classiũ sumptus impenderẽt, & exercituũ stipendia, adeo ut si quis ad calculũ uocauerit, plus expensum erit in ludos theatrales, quàm in exercitũ, quo patria defenderetur. Hi uero bircũ donabãt, uel iuxta alios caprum (est enim sæpe ambiguum, τὸ τράγος, ut alibi ostendimus) qui non magno emitur & constat. Dicuntur aũt talia munera propter spectacula data ἐπίτήγια, apud Callimachũ in Hymno Dianæ, aliter tamen

Athenienses studiosi ludorum magis q̃ defensionis Patriæ;

tamen Pollux. Vult igitur Horatius ei donandũ esse hircũ, qui tragico dramati Satyricum immiscuerit. Id *enim propter iocos & sales tantum inserebatur.* Verum *in hoc quinq; Horatius præcipue requirit.* Primum *est de personis. Sunt enim Satyri agrestes sicut & Fauni, qui nudi ingrediebantur, quibus magna licentia concedebatur. Secundum est de materia, quæ est iocosa, inspergendi enim sunt ioci, sed non scurriles. Licet quidem Satyris esse ita risores, & dicaces, & asperos, ut ridendo etiam uera & aspera dicãt. Ingeruntur enim in ueteribus Satyris non minus lasciuientia, quàm grauiter reprehendentia. Quorum utrumq; nouæ Satyræ receperũt, cum & ipsæ censeant prauos mores & immodice carpant impudiceq;. Quod in Iuuenale magis quàm in Horatio, quàm in Persio cernitur. Vnde sunt nata prouerbia, quæ sunt: Satyricum agere, Satyricôs dicere, pro eo, qui censoria nota carpit.*

Satyri.

Satyricũ agere. Satyricos dicere.

Illecebris) *Tertium est de usu eiusdem. Nam illud poëma in tragico lusu commiscebatur, ut spectatores deliniret, qui defatigati erant sacris, populatione, epulatione, & iudicijs, causisq; forensibus, tum lenocinio iocorum, tum nouitate, quæ cum ubiq; tum hic gratissima est. Quod noua Satyra non exposcit, sicut neq; personas satyricas.* Itaq; *facile est discrimen inter nouã & ueterem satyram statuere.*

Discrimen Satyræ nouæ & ueteris.

re. hæc enim ex illa duntaxat censuram accipit, reliqua non habet.

Ne quicunq; Deus) *Quartum est de stylo & charactere dicendi in hoc poëmate. Seruatur quidem decorum styli iuxta personas, debet enim dictio personæ, aut heroicæ, aut diuinæ, aut gregario homini cõuenire. Quare decorũ sermonis iuxta ætatem, iuxta personam, iuxta conditionem, iuxta sexum & alias circunstantias seruandum erit. Nam non parum interest* Dauus *ne seruus loquatur, an* Pythias *ancilla opulenta, ut quæ* Simonem *herum omni argento emunxit. Quod in* Tragœdia Lucilij *poëtæ uisum erat. Sic* Bacchus *ne uerba facit, an* Silenus. *Ille enim in comitatu suo & põpa, Satyros habet, quos Sileni præcedũt, ut quibus erat* τὸ σιλαίνειν, *authore* Nicandri *interprete quod uinosis in more sit positum cõuitijs lacerare, & proscindere, dicaciterq; ludere. At si heroi purpurato & deaurato character dicendi humilis fuerit, qui in tabernarijs Comœdijs esse consueuit, & contra si seruo sublimis concessus fuerit, utrinq; esset inciuilitas, & indecorum. Quis enim nõ ostracina ueste ornatum tabernas subire uiles, & non in regiam, derideret? Quis non nauci faceret gregarium & scurrilem hominem, qui humum uitans, nubes & inania captaret, quod est* παροιμιακῶς *alte uolans &*

Decorum sermonis.

Bacchi comitatus.

Sileni unde dicti.

Prouerbium.

milem dictionem negligeret? Siquidem neutrobi τὸ πρέπον *seruaretur, cum cuiq; suum concedi debeat. Quamobrem unice cauendum est, quò sic ioci satyrici, sed amari immisceantur, ne quid contra tragicam maiestatem fiat, quæ non tam leues uersiculos effutit. Nam cum res singulares, & non quotidianas contineat, granditatem quoq; orationis requirit, ac quasi tumorem & nimium cultum, qualis esset matronæ cuiusdam præpotentis, cui in ferijs choreæ ducendæ sunt, Quod uel prouerbia hinc nata subindicant.* Dicitur enim τραγικὸν πάθος, *aut* λόγος, *apud* Lucianū ξυμφορὰ τραγωδική. *Quæ & alia id genus nō tantū de atrocibus casibus & euentis, sed etiam de sermone elato & inflato, uerbisq; sesquipedalibus dicuntur. quo &* Socrates *respexit, cum apud* Platonem *ait,* κινδυνεύειν τραγικῶς λέγειν, *hoc est, periclitari eū, si quis minus usitatis uerbis usus fuerit.* Proinde *ueteris satyræ stylus erit penè sublimis, matronæq; uerecundæ saltantis in medio satyrorum cœtu in festis diebus haud dissimilis.* Hac de causa non solum *uerba exiguntur, primum ornata & non* ἄκυρα, *deinde dominantia, hoc est, quæ rem potenter & proprie explicant, aut quæ ad tragœdiam propius spectant, sed etiam personarum loquentium decorum.*

τραγικὸν πάθος. ξυμφορὰ τραγωδική.

Ex uoto

Ex uoto.) *Quintum est de inuentione argumenti in hoc poëmate, quod é medio sumendum esse censet, in quo laborabit poëticæ iniciatus, conabiturq́; quatenus fortuna feret, ut bona dispositio seu œconomia accedat, quæ hic series iuncturaq́; uocatur.* Nam *aliter honorificentius argumentum ex communi depromptum tractari nequit.*

Syluis deducti) *Sextum est quò ne* Fauni *syluestres in satyricis poëmatibus nimium effœminatis & lasciuis uerbis utantur, alioqui male audient satyrographi, quòd honestatis non sunt amantes.* Ideo *censet* Faunos, *hoc est, syluestres personas tragicas non iuuenari, quod est, more iuuenũ ineptire, sicut* Græcis νεανίζειν, *tanquàm hi aut in compitis, aut semper in foro uersati fuissent, qui ferè magis lasciuiunt, ut delicatuli & uenerei, quam ob caussam nõ solum obscœna crepant, quibus aures bonorum hominum offendunt, sed etiam ignominiosa, quibus proscindunt homines, alios mœchos, alios fures, alios latrones mastupratores, alios cyndos, alios aliter.* Quod *sanè sine offendiculo fieri nequit.* Displicet *enim equitibus & patricijs, seu quibus est census more* Romanorum, *qui tres ordines in politia sua statuerant, tanquàm honoris, dignitatis & prudentiæ gradus & classes.* Illi *aũt duo cum sint maturioris iudicij, & authoritatis, non protinus* νεανίζειν.

approbabunt, quod plebs tanquàm fex ciuitatis exposcit, ideo futurum est ut isti satyrographo tam ij, qui in equestri, quam qui in patricio ordine sunt, non assentiantur. Quare is neq; coronam accipiet, neq; palmam feret. Sententiam plebeiorū secutus, quorum sequitur notatio, cum sint nucis aut ciceris emptores παροιμιακῶς. Verum id & alij poëtæ obseruabunt, ne quando nimium lasciuientes uideantur. Notum est quàm pudice Sophocles in Oedipode tyranno, concubitum filij cum matre in Choro exprimit, ubi ἄλωκας pro cubilibus & nuptijs usurpauit. Eius autem hi sunt uersus.

ὦ μέγας λιμὴν αὐτός ἤρκεσεν παιδὶ
καὶ πατρὶ θαλαμοπόλῳ πεσεῖν
πῶς ποτε, πῶς ποθ' αἱ πατρῷαι
σ' ἄλοκες φέρειν τάλας,
σῖγ' ἐδυνάσθησαν ἐς τοσόνδε.

Huc non afferam quàtopere pudori Virgilius consuluerat, q hac de causa παρθενίας quoq; dictus est.

XXI. PRAECEPTVM.

Syllaba) Est de natura Iambici carminis, quod olim ex solis Iambis constabat, à quibus illi nomen inditum est. Sed postea & spondeos admisit in sua iura, cum antea solus dominabatur, tum ut paulo tardior esset, tum ut ad aures grauior ueniret. Est enim Iambus ex priori breui & posteriori longa.

De Iambico carmine.

citus

citus autem ex collatione spondei dicitur, qui tardior est, aut quod bini Iambi unum metrum absoluunt sua celeritate. Quare est monometrũ, dimetrũ trimetrũ κατὰ διποδίαν propter celeritatẽ, ut singulæ iuncturæ binos cõplecterentur pedes. Verum Iambus spondeo & pedibus quibusdam nostis hac lege cessit, ut pares regiones sibi usurparet, etsi ille Iambus in trimetris Iambicis apud Acciũ & Ennium rarus erat, hodie tamen & nonnulli alij interseruntur ut tribrachus, anapæstus, dactylus, ut quàm proxime ad quotidianum sermonem accederent, id in Plauto apparet. Terentius tamen nonnihil sibi temperauit, quod Terentianus his uersibus admonuit. Iambus pes

Culpantur autem uersus in Tragœdijs,
Et rarus intrat ex Iambis omnibus,
Vt ille contra, qui secundo est, talibus
Spondeum, aut quem comparem reciperet.
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de uita putes.
Vicinum Iambum tractibus spondaicis.
Et in secundo & cæteris æque locis,
Fidemq; fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte non inscitia. Et alia complura de hoc carminis genere inter alios grammaticos Hephæstion tradidit. Carmina autem trimetra senos Trimetra.

continent ictus ex diastole & systole, ut in gramma ticis docetur. Sed quando socialiter ait, ad γνώμην alludit, qua societas imperij abnegatur.

In scęnam) παρομολογία *est. Concedit enim uersus Ennij & Accij, & quorundam aliorũ latinorum nobiles fuisse, & non sine pompa & stre pitu in theatrũ missos. Sed sæpe reprehendendi sunt à prudenti Critico, qualis erat Aristarchus, qui no= tabit in illis aut operam nimis celerem & tumul= tuariam, quam non satis in ijsdem poëmatis compo nendis posuerint, sed ante maturitatem & emenda tionem ediderint cum uix decies repetita & corre cta placeant: Aut negligentiam & securitatem, qua factum est, ut nullam adhibuerint curam: aut imperitiam artis, ut suo fungi officio non potuerãt. Ideo crimen inscitiæ ijsdem impingetur.*

Aristarchus.

Non quiuis.) ἀνθυποφορά. *Etiamsi quis sibi permitteret iudicij, non tamen quilibet κακόμετρα dijudicare potest. Siquidem nimia licẽtia & indigna est apud latinos poëtas, ueluti Plautum, En= nium, Actiũ, Næuium, Pacuuium, Turpiliũ, Affra nium, Terentiũ & alios. Quare Græcos perlustra re debent poëtastri, ne tam licenter omnia scribant, ne specie ueniæ uagentur, quasi ab alijs errata non uiderentur, quasi essent tuti & non notandi, quasi ijs uenia esset danda, qua fieret ut essent ἀναίτιοι,*

Licentia poeta- rum latinorum. Græci poetæ.

hoc

hoc est, sine culpa, attamen spe ueniæ consequendæ neutiquam essent laudabiles. Semper igitur græci poëtæ legendi sunt & imitandi, quibus non est tantum licentiæ, quemadmodũ apud Euripidem & Sophoclem satis liquet, Aristophanes tamen aliquanto liberior est. Itaq; non est quod non tantopere latini suum Plautum admirẽtur laudentq; more ueterum, quibus ille propter uersus & sales (quibus magis quàm Terentius abundat) placuit, sed stulte, iuxta Horatium, si exactius dijudicaremus, si ad trutinam iustiorem reuocaremus, si iudicium aurium & digitorum non negligeremus. Item Donatus asserit cui Plautinæ musæ illepidæ esse uidentur, ut in quibus εὐφωνία sit neglecta. Horatius autem eum dupliciratione uituperat, priori quidem quòd non satis urbane pleraq; dixerat, ideo insulsa eã uidebitur oratio: posteriori aũt quòd legitimum, id est numerosum sonũ neglexerat. Nam ut digitis numeros, ita aure cõcentum deprehendimus. Quare ueteres non possunt tantopere sales & numeros in eodem mirari. Fatetur quidẽ Poëta quod non omnia satis decore dicta sint. Vsus enim est uerbis interdum, quæ antiqua ætas usurpauit, in qua ille excelluit, aut certe illi proximus fuit, horũ tamen uerborũ non pauca in bona ætate defloruerũt. Gaudet quoq; trãslationibus, sed sæpe duris longeq; petitis. Habet iocos, interdũ Plautus.

nõ satis liberalis, in quibus multo modestior est Terẽ*tius.* Deinde *in numeris est plus æquo liberior, quibus cõcentus iuxta singula genera carminũ nõ seruatur.* Veruntamen *nonnihil iniquus censor mihi uidetur* Horatius, *non tantum propter orationis genus, quod ætas illius habuit, sed etiam propter sonum, qui singulis familiaris est sicut sapor.* Quare *de eo etiam nunc inter authores non satis conuenit.* V*sus quidem est sermone* Romano *ueteri, non qualis rusticanus fuit, sed sub id tempus urbanus, ideo hoc illi non adeo uitio uertetur sed tempori.* Iocis *quoq; abundat plurimis, sed ij sunt arguti, non adeo licentiosi.* Hac *de re aliorum esto iudicium.*

XXII. PRAECEPTVM.

Tragœdiæ initium & incrementum.

Thespis.

Ignotum Tragicæ) E*st de initio & incremento* Tragœdiæ, *cuius inuentio* Thespidi Athe*niensi accepta refertur, qui plostris tragica poëmata circumuexit Solone approbante, teste* Plutar*cho, cuius uerba adscribam, ut omnibus totum negotium innotescat.* ἀρχομένων δὲ τῶν περὶ θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν. καὶ διὰ τὴν καινότητα τοὺς πολλοὺς ἄγοντος τοῦ πράγματος, οὔπω δ᾽ εἰς ἅμιλλαν ἐναγώνιον ἐξηγμένου. φύσει φιλήκοος ὢν καὶ φιλομαθὴς ὁ σόλων, ἔτι μᾶλλον ἐν γήρᾳ σχολῇ καὶ παιδιᾷ, καὶ νὴ δία

Solon.

πό-

πότοις καὶ μουσικῇ παραπέμπων ἑαυτὸν ἐθεάσατο τὸν Θέσπιν αὐτὸν ὑποκρινόμενον ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς. μετὰ δὲ τὴν θέαν προσαγορεύσας αὐτὸν ἠρώτησεν εἰ τοσούτων ἐναντίων οὐκ αἰσχύνεται τηλικαῦτα ψευδόμενος, φήσαντος δὲ τοῦ Θέσπιδος μὴ δεινὸν εἶναι τὰ μετὰ παιδιᾶς, λέγειν τοιαῦτα καὶ πράσσειν. σφόδρα τῇ βακτηρίᾳ τὴν γῆν ὁ Σόλων πατάξας ταχὺ μέντοι τὴν παιδείαν ταύτην ἐπαινοῦντες καὶ τιμῶντες εὑρήσομεν ἐν τοῖς συμβολαίοις. *Quæ sic latine uertimus.* *Quum Thespis tragœdiam agere inceperat, quæ res, quia noua multos ad se adduxerat, neq; adhuc fuerat æmulatio & certamen. Solon qui natiua quadam uirtute multa & audire & discere affectabat, magis atq; magis uel exacta ætate ad literatum ocium, disciplinam, & per Iouem ad potationes, musicamq; se accomodauerat, spectatus Thespin quomodo ipse de more ueterum ageret. At post spectaculum ille hunc compellans interrogauit, puderet ne eũ tot obuijs & præsentibus talia mentiri? Thespis autem cum dixerat non esse horrendum, & absurdum ea ipsa cum ipsa institutione dicere & agere. Solon terra uehementer baculo percussa ait subito eiusmodi institutionem collaudantes & honorantes in tabellis inueniemus. Ita Tespidis inuentũ*

honore & omni laude prosequi Solon contenderat adeoq; legibus confirmaturus, & approbaturus Non desunt qui ad multo uetustiorem Epigenem retulerunt, sed qui his astipularentur non uideo. At quod ille poemata circumuexerat, & ora histrionum minio depinxerat, testatur & Tibullus his uersibus:

Epigenes.

Agricola & minio suffusus Bacche rubenti,
Primus inexperta duxit ab urbe choros.

Histriones miniati & personati.

Deinde histriones lineis personis uelauisse eundem traditur, quem Phrinichus secutus est; hic & mulieres primus in Tragœdiam accersiuit, multisq; alijs modis eandem excoluit. Plato autem Tragœdiam Homero tanquam propriam, sicut Epicharmo Comœdiam attribuit. Illius quidem fons est Ilias, huius uero Odissea, ita ex eodem utriusq; poematis occasio sumpta est.

Homerus. Epicharmus.

Quæ canerent.) Habebant enim τραγικοὺς χόρους, non aliter ac in ueteri comœdia, in quibus canebant histriones scænici, qui ora sua fecibus perlinebant, ante usum personarũ ab Aeschylo repertum. Quæ etiam causa est, cur Athenæus τρυγῳδίαν more ueterum uocarit à fecibus. Cæterũ illud negligendum non est, quod Tragicis ludis Bacchũ olim potissimum celebrarant, à quo inscripta sunt eiusmodi poemata Λαναῖα, διονύσια, & alia. Primi autem personati egisse dicuntur authore

Chori Tragœdiæ.

Bachus in Tragicis potiss. celebratus.

re Donato, Minutius & Prochonius, quos Aeschylus antiquissimus Tragicus reperit, quando per quietem à Baccho Tragœdias cōponere iussus erat. Etsi ex illo Aristophanes ludos facit, ut Ranæ eiusdem ostendūt, tamen hic de poetis bene meritus est, cū non tantum scænam, non tantum personarum uarietatem, sed etiam decus, & ornamentum, & proscænia adiecerat, & stylum tragicum promouerat, qui sublimis est. Nam cum Tragœdia uitæ heroicæ sit comprehensio, seu magnarum rerum, horibiliū & incredibilium sit repræsentatio, fieri nequit quin sublimi dicendi genere absoluatur, quem uocabulo cothurni Horatius accipit, qui Tragœdorum erat calciamentum, sicut Comœdorum soccus. Sæpe tamē κατὰ μετωνυμίαν pro ipsis poematibus ponūtur.

Cothurnus.
Soccus.

XXIII. PRAECEPTVM.

Successit.) Est de ueteri Comœdia, in qua mos satyricus erat. Nam cōcedebatur quēq; uel nominatim perstringere, et publice. Cuius artifex fuit Aristophanes qui in nebulis (quæ Comœdia iuxta Platoniū omniū optima et maxima fuit iudicata) Socratē & oēs philosophos notat, mercede accepta ab Anio & Melito. Sic in Ranis Aeschylo & alijs tragicis poetis illudit &c. Verū postea propter nimiā procacitatem & licentiam, ista in desuetudinem abijt,

Comœdia uetus
Aristophanis.
Nebulæ.

abijt etiam per Alciadem Cliniaden lege data, ut Plutarchus in eius uita commemorat, qua factum est ut ista mordax proteruitas semota sit. Palam enim quoslibet impune incessabat. Quod & Horatius non obscure libro 1. Sermonum indicat, ubi eosdem recenset his uersibus.

Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; poetæ.

Atq; alij, quorum Comœdia prisca uirorum est. Taceo quàm sæpe eiusdē licentiæ pœnas dederant sicut

Eupolis. *de Eupoli Cicero testatur. Quis enim, inquit, non dixit ἔυπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade nauigante in Siciliam deiectum esse in mare. Cui accedit nonnihil & Platonius his uerbis, ἴσμεν γοῦν τὸν ἔυπολιν ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλατταν ὑπὸ ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς βάπτας, ita sanè in caput illius malū redundabat. Aliter Suidas qui cōsulendus est. Edictū quoq; erat poetis, ne nominatim quenq̄ incesserent, aut per scyrpos et ænigmata notarent, quod Horatius lib. 2. episto. uberius explicat his uersibus. Fescennina per hunc inuenta licentia morem &c.*

XXIIII. PRAECEPTVM.

Nil intentatum.) *Consulit ut non in publicum*

blicum proferatur poema nisi quod diu & decies, hoc est, absolute castigatum fuerit, παρομολογία autem concedit, Latinos poetas acumen ingenij intendisse, ex quo non paruam laudem assecuti sunt, etiam Græcis ipsis non inferiorem. Nam sæpe horũ facta deseruerunt, cum non omnes comœdiæ sint palliatæ, sed etiam aliquot prætextatæ seu togatæ, quæ Romanorum ritum habitumq; custodiunt. Habent enim & illorum facta, & res gestas celebrant. Quod omnium primus tentauit Liuius Andronicus, qui id genus non parum promouit, authoribus Cicerone & Donato, attamen nullis poematibus limam addiderunt, non castigauerunt, imò ceu immaturos fœtus abortiuerunt. Sed si eadem elimassent, non facile Græcis cesßißent, quibus ut uirtute bellica ita facundia multo fuissent præstantiores. Quare diu multum & perfecte usq; ad unguem emendanda sunt eiusmodi scripta.

Poema probe emendandũ.

Latinorũ poetarum laus

Liuius Andronicus.

Democritus.

Vos ò Pomp.) Apostrophe est ad Pisones qui fuerunt ex Numæ Pompilij familia. Cæterum ad unguem castigare est à marmorarijs sumptum, παροιμιῶδες.

XXV. PRAECEPTVM.

Ingenium.) Ars & eruditio bonitati ingenij & enthusiasmo adijcienda est. Confutat igitur in

principi

principio Democriti *sententiam satis* εἰρωνικῶς, *qui artem esse miseram, sed ingenium fortunatius asseuerabat, prorsusq; uoluit furore fieri poetas, non studio, non arte. Quare sanos & non furibundos à cultu* Musarum *exclusit, tanquam hi in numero poetarum nunquam censendi essent cuius sententiam nō nulli admirati sunt, seq; loco abdiderunt squalidi interim.* Nam *corpus suum instar eremitarum non expoliuerunt, neq; barbam raserunt, neq; extantes ungues resecuerunt, balnea uitarunt, uel q̄ ibi cōcursus hominū fieret uel quod illoti permansuri erant scilicet ut essent poetæ magni nominis & authoritatis, eorumq; capita (quibus purgandis uix tres Anticyræ sufficerent, ita per furorem sunt insana bilia) tonsoribus nō cōmiserunt adeo ut barbatenus poetæ essent, suo ingenio, quod nulla arte excolebatur, confidentes, et soli secū murmurantes obambularūt, queēadmodū* Homerus *de* Bellerophonte *cecinit.*

ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο.
ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Maniaci. Melancholici. *His sane moribus poetæ sibi uidebantur, seq; poetas salutandos esse affectabant.* Erant *igitur aut certe fingebātur uel maniaci, uel* Melancholici. *Vtriusq; enim est mentis alienatio & furor. Sed* σημειολογικὰ Horatij *melancholicis magis quadrant, quam maniacis, qui sunt tumultuosi, præcipites, audaces,*

manu

manu prompti, contumeliosi. Melancholici autem tristes demissóq; uultu apparent, obstipoq́; capite hominum consuetudinem oderunt, solitudines captant, & illud est quod Hipocrates ait, Melancholicũ arguunt timor & tristicia. Vtriq; tamẽ sunt sua φαρμακευτικά, *quibus uel ꝑ aluũ, uel per uomitũ bilis aut flauæ; aũt atræ fit purgatio. Sic. n. censent ueteres Medici, ut in atra deiectionis causa nigrũ ueratrum, in flaua album ad uomitum excitandum daretur. Verum Horatius istos poetas ita insanos, fingit, ut uel tres Anticyræ istorum restitutioni impares essent, cum tamen in ijsdem probatissimum, Dioscoridis sententia, nigrum ueratrum nascatur, à quibus sunt prouerbia. Anticyras nauigare, Hellebo ro indiget, & alia in Chiliadibus Eras. Roteroda. Subijcit aũt sed* εἰρωνικῶς *poeta se stolidum fuisse ut qui atram bilem potius, quàm flauam expurgarit, præsertim sub horã, id est, uenustatẽ ueris. Est enim sine adiuncto hora* κατ' ἐξοχὴν *ipsum uer tanquam iuxta Virgilium formosissimus annus, hoc est, quadrans anni. Alludit autem ad id Hyppocraticum quod ad prophylactica cõducit, cuius hæc sunt uerba* ὁκόσοισι φλεβοτομίη, ἢ φαρμακίη ξυμφέρει τουτέους προσήκον τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν ἢ φαρμακεύειν *hoc est. Quibus conuenit sanguinis missio, aut medicamentum expurgans,*

Remedia ad bilem purgandã.

Anticyranum ueratrum.

his

bis ſub uernum tempus utrunq; eſt faciundum. Quo conſilio & Galenus grauiſſimos morbos in plurimis fieri prohibuit, quod ſi nõ ſecutus fuiſſet Horatius, *ſibi in animũ induxerat, ſe præſtantiß. poetarum fore, cum ſcilicet talis furor poetas iuxta* Democritum *deceat.*

Furor poeticus.

Verum nil tanti.) Hoc *eſt, non tanti facio impuros, barbatulos & inſanos poetas, quibus bonæ artes contemptui ſunt iuxta* Democraticam *ſectam, ſed tantum hortor ut ijdem in meliorem uiam redeant. Cum furoris uerbum hic non ſit deſipientia ſtoliditas & temeritas, ſed* ἐνθουσιασμὸς *quo inſtigantur & inflantur numine quodam* Poetæ. Is *enim furor eſt quem* Plato ἔνθεον *appellat. Siquidem poetæ ſpiritu diuino correpti uerſus facerent, quos uel ipſi uix poſtea lectos intelligunt.* Re*quiritur enim ſingulare* Dei *donum, magnaq; animi ad poeticen propenſio. Quare ijdem* ἔνθουσιασταὶ *uocati ſunt. Quod enim elegantiſſime* Socrates *in* Ioue *planum facit, ſimilitudine quadam magnetis cum ferro, ut ille non ſolum annulos trahit, ſed etiam ijſdem uim ſuam ingerit, qua id ipſum efficiant, nempe ut alios annulos alliciat, qui cohærẽt inſtar catenulæ cuiuſdã. Sic muſa* ἐνθέους *facit qui diuino inſtinctu concitati alios furore rurſus corripiunt. Sed præſtat eius authoris uerba ſubijcere,*

ὥσπερ

ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ ἡράκλειαν, καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ λίθος οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς δακτυλίους ἄγει τοὺς σιδήρους, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ἐντίθησι τοῖς δακτυλίοις ὥστε δύνασθαι ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖν ὅπερ ἡ λίθος ἄλλους ἄγειν δακτυλίους, ὥστε ὁρμαθος μακρὸς πάνυ σιδηρίων καὶ δακτυλίων ἐξ ἀλλήλων ἤρτησαι. πᾶσι δὲ τούτοις ἐξ ἐκείνης τῆς λίθου ἡ δύναμις ἀνήρτηται, οὕτω δὲ καὶ ἡ μοῦσα ἐνθέους μὲν ποιεῖ αὐτὴ διὰ δὲ τῶν ἐνθέων τούτων ἄλλων ἐνθουσιαζόντων ὁρμαθος ἐξαρτᾶται. Hactenus ille, qui eãdem sententiã in Phædro exponit, alijsq; libris nõ aliter ac Cic. de diuinatione, & Plutarchus in libro qui inscribitur περὶ ἐκλελοιπότων χρηστηρίων Quod sane beneficium Dei in se Ouidius agnouit, dum canit: Magnetis indoles mira.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Idem alibi.
Est Deus in nobis, sunt & commertia cœli, Poetæ diuini Ennio.
Sedibus æthereis spiritus ille uenit.

Quare recte poetæ ab Ennio diuini uocati sunt. Nam Deo omnium rerum authori id beneficium ac ceptum fertur, iuxta illud Homeri:

τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
οἷον ἐπ᾽ ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Hoc est, Cicerone, ni fallor, interprete.

Tales sunt hominnum mentes, quali pater ipse
Iuppiter auriferas lustrauit lampade terras.

Verum si quis mauult ad astrologicam rationem, tanq̃ secundariam causam referre, per me licebit. Ea enim Ægyptiorum sententia est Græcis maxime probata, quemadmodum Herodotus *in* Euterpe *meminit, ideo eo* μυθολογικῶς *numina poetica pertinere uidebuntur. Quare* Appollinẽ *quoq; antiquitas credidit esse authorem librorũ, qui titulo* Homeri *circũferũtur. Sic .n. aliq̃s loquentẽ fecit* Appollinẽ.

Homeri libri crediti Appollinis.

ἤειδον μὲν ἐγὼν ἐχάρασσε δὲ θεῖος ὅμηρος.

quod est: Carmina sunt mea sed manus hæc descripsit Homeri. *Alius quoq; in hunc modum de eodem sic cecinit.*

Si Deus est, Diuinus honor tribuatur Homero:
Sed si non Deus est, Deus hic tamen esse putatur.

Enthusiasmus.

Itaq; propter enthusiasmum, qui à nonnullis μανία *uocatur, diuina poemata iudicanda sunt & poetæ diuini, sicut* Aristoteles *de* Sibyllis *&* Bacchidibus *pronunciauit his uerbis.* πολλοὶ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τῶν νοερῶν τοπου τὴν θερμότητα ταύτην νοήμασιν ἁλίσκονται μανικοῖς ἢ ἐνθουσιαστικοῖς, ὅθεν σιβύλλαι, καὶ βακχι-

Sibyllæ & Bacchides.

Βακχίδαις καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες·
Hinc factũ est quoq; cur poetas esse uolebãt ἐκ μουσάων καὶ ἑκηβόλου ἀπόλλωνος. Ex quibus omnibus nõ est obscurũ, quã falsi sunt sectatores Democriti, et q̃d sentiendũ sit de furore seu mania poetica.

Scribendi recte.) Postq̃ falsam de furore persuasionem eluserat nunc studiũ quoq; ad bonitatem ingenij adiungendũ esse cõtendit, suadetq; philosophica discenda esse, presertim ἠθικὰ, quorũ ὡς ἐν τύπῳ hic præcipua facta est mentio. In his enim recte scribendi fons est. Nam notũ est quod Socrates apud Plat. ait, de re non satis perspecta neminẽ recte iudicaturũ et dicturũ. Idem Cic. 2 de oratore. Quare ut quis recte scribat & dicat philosophiã discat necesse est, quam nomine Socraticarũ chartarũ intelligit, is enim primus philosophiæ author est, quã ex hoc Plato, ex hoc rursus Aristoteles hausit, ex qua cũ rerũ sit tam humanarũ quàm diuinarũ cognitio, et scaturigo, eadem petenda est, quæ si probe nota fuerit uerba sponte sequentur, qua de causa non temere Democritus sermonem ῥεῦμα λόγου uocauit, quod ex ratione & re bene concepta fluat, Constat enim quàm necessaria sit scripturientibus rerum & uerborum copia, quæ ex quotidiana lectione philosophorum comparanda est,

Philosophica Poetæ necessaria.

Socrates.

& tanquam amplissima supellex, quæ fit ut omnia rectius succedant & faciant πρὸς ἔπος, alioqui illa neglecta tantũ fucus & lenociniũ quoddam uerborum erit, nihil certi docens & ostendens.

Qui didicit.) Nunc exponit rerũ summam, quarũ noticiam in eo requirit, qui uult disertus haberi. Sunt autẽ philosophica priora quidem ἠθικὰ quæ exemplo pietatis in patriã, in amicos, in fratres in cognatos, in hospites significantur. Ea ex Ethicis Aristotelis, qui μεθοδικῶς ista conscripsit, ex Platonis Dialogis, ex officijs Ciceronis quis peteret. Posteriora autem sunt πολιτικὰ in quibus sunt officia magistratuũ, ut senatorũ, iudicis, prætoris, præfecti prætorio, præsidũ, ducis militaris, seu Chiliarchi, et aliorũ, quæ ex Historiographis, ex pandectis Iurisconsultorũ colliguntur, sicut ex Theologicis literis Episcoporũ, Archiepiscoporum, & Diaconorum munera discuntur. Peritus igitur sit qui poetica

Iura consuetudinis.

inauguratur, iuris, quod ἐπιδικὲς appellatur τῆς κοινωνίας πολιτικῆς & consuetudinum, quæ nunc ἄγραφα νόμιμα, nunc ἔθη, nunc ἐπιτηδεύματα nominantur. His addit quoq; genus artiũ φυσικὸν quod rerũ naturæ noticiam cõplectitur

Medicina.

Theologia poetæ nõ negliẽda.

cuius pars est ipsa medicina. Neq; Theologiã posthabeat nostris potiss. tẽporibus cũ et olim uetus poetica tũ Theologia, tũ philosophia erat, authore Maximo

rioqui sic, ait: ἐγὼ ποιητικὴ τί ἄλλο ἢ φιλοσοφία; τῷ μὲν χρόνῳ παλαιά, τῇ δὲ ἁρμονίᾳ ἔμμετρα, τῇ δὲ γνώμῃ μυθολογική, καὶ φιλοσοφία τί ἄλλο ἢ ποιητική; τῷ μὲν χρόνῳ νεωτέρα, τῇ δὲ γνώμῃ σαφεστέρα. δύο τοίνυν πραγμάτων χρόνῳ μόνον καὶ σχήματι ἀλλήλοις διαφερομένων πῶς αὐτίς διαιτῇ τὴν διαφοράν; Cæterum quam hodie in sacris literis fœlicißimi sint poetæ, hic non dicam, ne quid eorum auribus dare uiderer.

Respicere:) Decorū additur cuiq;, si iusta fieret imitatio in uita ciuili & morali. Itaq; Aristoteles ait. Poetæ singulares simulachrorū artifices imitantur. Hi enim quàm exactiß. poßunt cuiusq; formam refrunt, & alia quæ sequuntur.

Poetę singulares imitantur artifices Simulachrorum.

Interdum.) αἰτιολογία est. Nā sæpe ἠθικὴ fabula, hoc est, quæ quarūlibet personarū mores exprimit etiā impolita, nempe in quibus nulla est uenus seu elagantia artificiosa, magis populū oblectat, quā nugæ, quæ ut sunt excultiß. tamen in ijs pōdus rerū nō est. Ferè .n. fit q; grauiora auditorē magis teneāt.

Graijs ingeniū.) ἀντεισαγωγή. Hic ratio quoq; subijcitur, cur apud Græcos tā præstantes sint poetæ, apud latinos nō idem. Hæc aūt in prōptu est. Nam illi non student pecuniæ & auaritiæ ut Romani, illi sunt ambitiosi (est enim ambitio sæpe uirtutis in-

Cur Gręcis pręstantiores poetę q latinis.

Romani. Græci.

tis incitamentum) hi uero torpescunt, illi musis iustã dant operã, hi uero mercaturæ. Quare Græcis est ingeniũ, hoc est, ea uis mentis, quæ docilitatis est, meditationis, inuentionis & prudentiæ capax, neq; in ijsdẽ eloquentia desideratur, etiãsi tãti nõ sint bellatores, quãti Romani. Quod Ouid. hoc uersu uoluit. Græcia facundum, sed male forte, genus.

κερδαίνειν & ἀφαιρεῖν.

Romani.) Iã inde à prima ætate discũt pueri Romani, utinã non & Germani τὸ κερδαίνειν καὶ ἀφαιρεῖν, Sicut olim Megarenses factitarũt, & hodie maritimi. Siquidẽ logisticæ seu arti calculatoriæ strenuæ operam nauant, quo fructũ in negociatione aliquem facerent, aut tanq̃ heredipetæ ad calculũ uocarẽt, quod & quãtũ unicuiq; hæreditatis ueniret, aut tanq̃ usurarij sortis usurã quoq; supputarẽt. Solebant enim Romani usuras & hæreditates partibus aßis explicare, q̃bus & hic ratio fit κατὰ μίμησιν. Nã centesima usura & iurisconsultis est as usurarũ quæ in partes aßis diuidebantur, ut semißis usuræ, quæ senos in centenariũ pendũt, Beßis, quæ octonos: quincũces, quæ quinos: triẽtes, quæ quaternos in centenariũ reddebant. Est aũt hic Ironica ὑποτύπωσις supputantiũ. Fingit. n. filiũ Albini cuiusdam tanq̃ trapezitam sedere, nũc addere, nũc subtrahere. instar logistarũ, seu numulariorum, siquidem uncia subducta à quincunce reliquus est triens, rurfus uncia

Aßis partes hereditatis & usuræ explicantur partes.

Centesima usura quæ?

uncia addita quincunci surgit semis, tanquam quadrans summa. Quare recte sic rationem facienti tanquam discipulo in ea arte proficienti μιμητικῶς poëta abblanditur, his uerbis: Eu uel qhe sic parabis tibi rem familiarem, sic ditaberis, sic rebus tuis nihil decedet. Hinc fit ut pueri ita imbuti tanquam tenerae testulae, quae imbiberūt tenaces sunt, & auariciae assuescant, quae uelut erugo animos cōsumit Quare nunquam sic futurum est, ut tales hi sint poëtae, quorum poëmata cedro digna essent, & ut est in prouerbio ab ipso Eras enarrato, Quae leuigata cupresso conseruanda Alludit autem ad ueterem consuetudinem, qua libri optimi quiq; in bibliothecas recondebantur, tanquam posteritati admodnm digni.

XXVI. PRAECEPTUM.

Aut prodesse.) Est de scopo & usu poëtarū. Fuerunt enim ex numero horum, qui fabulis tantum delectari uoluerunt, fuerunt quibus philosophia arrisit. Sed is optimus erit qui utrumq; simul usurparet. Debent enim esse in poematibus γελοῖα καὶ διδασκαλικά. Hanc ob causam diligenter olim animaduerterunt poetarū discrimna ex quorumlibet studio. Nam quibus fabulae tantum cordi erant ad solam uoluptatem inuentae, & à Mileto Ioniae Milesiae, & hodie licentiosae dictae sunt.

Poetarum scopus & usus.

Fabulę Milesię

Postea ab ijsdẽ poetæ erant uoluptuarij, Milesij & licentiosi. Nã Milesij propter luxũ & delitias pessime audiebant, à quibus natũ est prouerbiũ, olim fortes Milesij, adeo degenerarunt & effœminati propter uoluptatẽ facti sunt, qui fabulis oblectabantur inutilibus, ut his fallerent, & temere tempus extraherent. Deinde cũ neq; uerũ neq; uerisimile continebant, merito à licentia nomen sortitæ sunt. Quod genus erant amatoria seu λόγοι ἐρωτικοί seu ἑταιρικοί, qui κατ᾽ ἐξοχὴν Milesij uocati sunt. Quare Milesiaca plurimũ inualuerunt, de quibus Aristides libros aliquot conscripsisse traditur. Idem quidam Italici poetæ fecerunt, qui rhythmis eiusdem linguæ citra omnem honestatem ἐρωτικὰ posteris reliquerũt, quibus Apuleianus Asinus aureus adiungi potest. Verũ in poeticis fabulis & utilitas requiritur, Continent enim aut naturale quiddã, quales sunt φυσιολογικαί, aut morale quippiã, quales sunt ἠθικαὶ, sub quarũ appellatione sæpe et historiæ cõprehendũtur, cuiusmodi exẽpla sũt apud Palæphatũ apud Fulgẽtiũ, apud Boccatiũ. Rursus sunt quæ prima fronte uitæ nõ ita prodesse uidentur, qualia essent de nauigatione Argonautarũ. Sed in recessu nõ parũ ad rerũ et morũ cognitionẽ faciunt. Deinde ad Geographica quoq;. Sũt postremo nõ pauca pernitiosa et damnosa, uelut de cãpis Elysijs, de turpib. facinoribus de adul

Poetę Milesij et licentiosi.

Milesij olim fortes.

λόγοι ἐρωτικοί.

Apuleianus Asinus aureus.

Fabularum utilitas.

Fabulę Physiologicæ.

Fabulę ethicæ.

de adulterijs deorū, de alijs id genus quæ ut Homero forſitan licita erant, ita nobis illicita, qui Chriſtiano nomini addicti ſumus. Nam carmen inuentum eſt, ut honeſta & utilia canat, alioqui ſi ſtulta, turpia & mala complecteretur, quid hominibus iſto erit peſtilentius? potius ea ratione ad inferos idipſum deportandum eſſet, tanquàm pijs auribus & oculis indignum. Quemadmodū hæc pictura gratior eſt, quæ non leuitate & tenuitate rerum tantum conſtat, ſed etiam paſcit animum. Ita eſt poëma iucundius, quod delectat & prodeſt. Et ſicut olim cautum erat, ne quid turpe & inutile pingeretur, ita publico edicto recte magiſtratus uitaret, ne eiuſmodi poëma in publicum proferretur. At cum fabulæ ſcænicæ, ſeu theatrales ſeu δραματικαὶ exēpla uitæ aut ciuilis, ut in comœdia, aut heroicæ, ut in tragœdia uelu ti in ſpeculo exprimebant, nō temere laudatæ ſunt. Eſt enim in utraq; uirtutis commendatio, uitiorum inſectatio, adeoq; uirtutis materia in qualibet ætate, ſexu, conditione, qua prodeſſe conantur. Veteres autem eo tantū conſilio delectare contendebant, ut animos lectorum ſeu auditorum uarietate rerum detinerent, per excurſum rerum delectabilium, qualia illis erant regalia conuiuia, colloquia deorum, aut aliorum heroum, his proſopographiæ, topographiæ, chronographiæ & alia. Quare cum

Carmen cur inuentum.

Faubl[?] ſcænicę

carmen potißimum ideo ſit repertum ut ad uirtutem cohortetur. & à uitio deterreat, merito honeſtatis authoritatem poëtæ ſequentur, & omnem turpitudinem deteſtabuntur. Vtiles quoq; erunt, *cum rerum naturæ & morum notitiam promoueāt, ſic delectabiles quoq; cum ipſa rerū uarietate per certa ſchemata iuuant.* Itaq; *neutiquàm damnandi aut explodendi ſunt, ſed ubiq; & omni tempore laudabiles.*

XXVII. PRAECEPTVM.

Ratio artiū præcepta tradendi.

Quicquid præcipies.) *Præſcribitur ratio tradendi artium quarumlibet præcepta, quæ ut breuia ſint,* Horatius *exigit, duplici nomine, tum quia ſic præcepta facilius percipiuntur & intelliguntur, tum quod conſulitur memoriæ.* Nam *ea, quæ redundant & ſæpe ἄχορδα, faſtidioſa ſunt, ita neq; cito percipiuntur, neq; retinentur, ſed mente excidunt, effluūtq; tanquàm ex fonte. ſuperflua.* Cæterum *in traditione præceptorum requiritur probabilitas & dictio.* Illa *quidem eſt in rebus. hæc autem in uerbis. In phyſicis autem probabilitas ſumitur ex his, quæ ſub ſenſus cadunt, adhærentibus ſeu adiacentibus cauſis & actibus uelut in herbis, in animantibus, in lapidibus, & alijs rerum naturis deſcribendis factum eſſe à præclarißimis authoribus uidemus.* In

Probabilitas & dictio in artibus tradendis. Physica.

Ethicis est iudicium legis naturalis, quod diuinitus est cordibus hominum inscriptũ, ad explorationem boni & mali, æqui & iniqui, quemadmodum & Decalogus Dei seminarium totius philosophiæ moralis indicat. In Encyclopædicis probabilitas erit à sententijs atq; opinionibus, usu & moribus eorũ, qui habentur prudentes, receptis. Nam in eo genere artium, quod λογικὸν dicitur, authoritas & consuetudo dominatur. In organicis usus & commoditates instrumentorum explicantur. Quæ omnia fusius exponere hic non uisum est consultum, sed tamen paucis admonere uolui de præceptorum probabilitate, quæ sanè in omnibus artibus & disciplinis quàm religiosissime obseruanda est. Postrà huic accederet dictio, quæ in docendo magis ad lucem & nitorem rerum, quàm uerborum respicere debet. Quæ est causa quòd grauissimi scriptores sæpe non ita curiose de uerbis disceptent & digladientur. Itaq; illud Ciceronis non potest non approbari, cum ait: Eloquentiam in philosopho, si attulerit, non reijciam, si non attulerit, nec requiram. Verum cum dictio scriptis lucem, ut haud multo ante admonuimus, afferat, uidendũ quoq; quibus rationibus illa parabitur, nimirũ uerbis proprijs & translationibus à rebus notis & aptis. Decet enim non tantũ ostendere nucleũ, sed etiam frangere & cõminuere. Sic

Ethica

Decalogus seminarium Philosophiæ naturalis.

Encyclopædica Logica.

Dictio docendarum artium.

Verba propria Translationes.

prææ

præcepta melius percipiuntur, & ad posteros ueniunt incorruptiora. Breuiter proprietas uerborum in didacticis obseruatur, & pro necessitate tropus ex notis. Breuitas uerò ita sit, ut interdum proœmijs quoq; locus sit, quibus auditor seu lector fit attentus ex magnitudine, utilitate, & necessitate artis. Digressiones tantum eatenus cōcedantur, quatenus solæ explicationi inseruiunt. Idem iudicandum est de repetitionibus, in quibus modice ea, quæ ad intellectum & memoriam faciunt, tantū repetātur, alioqui essent superuacuæ. In hunc quoq; usum sunt epilogi & transitiones. Quam rationem docendi Aristoteles sedulo seruauit, qui in rebus est densissimus, sed in uerbis parcus, & plusq̄ satis paucíloquus, hoc tantum consilio ut memoriæ discentium consuleret. Sic Lucretius de natura rerum cecinit, sic ipse Horatius suam poëticen posteris scriptam reliquit, sic Vergilius Georgica absoluit, in quibus ita breuis est ut interserat fabulas animi gratia ut lectorem delectaret.

Aristoteles qualis in docendo.

Lucretius.

Virgilij Georgica.

XXVIII. PRAECEPTVM.

Fictа uoluptat:) Licet quidem poëtis scribere fabulosa ἔμμετρα sed uerisimilia. Nam quæ sunt ἄπιστα καὶ ἀπίθανα, tolleranda nō sunt, cum inter cacosystata nimirum ea sunt, quæ παρ' ισο-

Quales fabulæ poetis cōcedātur.

ἱστορίαν dicuntur, Veluti hoc esset, Si quis Lamiam puerum deuorasse, & deuoratum iterum ex utero egeßisse fingeret, quid quæso hoc argumento absurdius esset? quid magis contra naturam? Videtur autem mihi quendam hic clanculum perstringere, qui nimisquam monstrosum commentum excogitarit. Quare Musæ ad pastorem Hesiodum asserũt se posse falsa uerisimiliter dicere, atq; uera pro arbitrio, sic enim aiunt.

Musæ falsa uerisimilia fingũt.

ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν
ὁμοῖα
ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν ἀληθέα μυθήσασθαι.

Quare ita fabulas licet inserere, ut ratio utilitatis quoq; habeatur. Est quidem fabula, iuxta Aristotelem, tanquàm anima poëmatis, sed nihilo minus ueritati consona scribant poëtæ necesse est, quatenus uere dicendi, uiam uiuendi rectam doceant. Ob id & olim morum magistri fuerunt. Verum Lamia est Græcis μορμολύκειον, quod Germanis quoq; in ore esse solet, sed nonnihil deprauatum mormolac, quasi puerorum terriculamentum, & creditur ex Empusis esse, quæ formosiorum corporibus uesci solita fuit. Illos enim uenerea cupidine allicuit, allectos mox deglutiuit, quemadmodum & de Menippo fabula est. Tale igitur argumentum, quia non

Poetæ morum Magistri olim.
Lamia.
μορμολύκειον.
Empusæ.

non est ita uerisimile, non facile feretur, cuius αἰτιολογίαν subijcit ex affectu senũ & iuuenũ Nã senes utilia & διδασκαλικὰ requirũt. Repudiant enim, quæ frugis expertia sunt, quæ non prosunt, & quæ non docent. Contra iuuenes dulcia & iocosa exposcunt, quoniam austera & seria poëmata negligunt, qui sunt in centuria Ramnensi uoluptatibus addicti. Loquitur autem Horatius hic more Romanorum, quibus tres centuriæ equitum sub Romulo conscriptæ erãt, authore Liuio. Ramnenses à Romulo, Titienses à Tito, uel ut Fabius Pictor habet, à Tatio, qua sententia nonnulli adducti non, Titienses, sed Tatienses eosdem nominant. Postrema equitum turma fuit Lucerum, de quorum nomine & origine adhuc est controuersia. Celsos autem eos uocat, quod in theatro certa erant sedilia, quorum consessu illis ordo & dignitas seruabatur. Alia enim erant plebeis, alia equestribus, alia patricijs, sicut equitibus ius erat sedendi in XIIII. ordinibus iuxta legem Iuliam theatralem. Antea iuxta Tacitum populus stans spectauit, & interdum subitarios quosdam gradus habuit, qua de re nonnulla supra adnotauimus.

Centuriæ tres equitum sub Romulo.
Rhanenses.
Titienses.
Luceres.
Sedilia in Theatro.

Omne tulit.) παροιμιακῶς dicitur, quod ab Erasmo in Chiliadibus prouerbiorũ explicatur. Sentit autem eum laudari tam à senibus quàm

quàm à iuuenibus, atq; omnium suffragio, qui non delectationi, sed etiam eruditioni studet. Quod consilium Homeri quoq; fuit, ut singulare exemplum fortitudinis in Iliade, & hospitalitatis aliarūq; uirtutum in Odyssea proponeret. Ideo Isocrates in Panegyrico tradit institutum fuisse à maioribus, ut huius poëtæ carmina lectitarent adolescentes, quo ad odio prosequendam barbariem, & amandam uirtutem suorum popularium inuitarentur. Etsi hic de dramatibus loqui poëtam maxime appareat, cum adsint spectatores centuriæ tum senum, tum iuuenum, tamen & olim poëmata Homerica per rhapsodos pronunciabantur. Taceo quod omnibus poëtis commune est, ut delectationem doctrinæ adiungant. Habebūt enim utrinq; suam laudem, cū delectant iuuenes & monebunt senes. In summa poëtæ aut delectant, sic uerisimiles esse debent, aut docent, sic breues. Sed qui delectant simul & docent, primas habebunt, tum usu, proderunt enim bibliopolis & librarijs, quales sub id tempus Sosij celebres erant, cum inde nonnihil lucri sibi facerent, tum celebritate. perferetur enim liber eorum ultra trasmarinas regiones, tum diuturnitate, eius enim scripti & authoris fama erit perennis, aut Ouidius in quadam elegia cecinit.

Poeta quis laudandus.

Homeri Consilium.

XXIX.

XXIX. PRAECEPTVM.

Quomodo poetis errantibus ignoscendum.

Sunt delicta.) *Ignoscendum est errantibus modeste, & non nisi in magno opere. Fit enim facile, ut quis tā magna & multa scribens oberret, non aliter atq; in musicis fit, in quibus chorda acutū tonū remittit, cum tamen grauis exposcebatur & cōtra. Itidem in toxeutica, in qua non semper arcus ferit, in quod intendit. At his erratis condonandum est, quæ fiunt aut incuria, aut imprudentia. Siquidem ita inditus est naturæ humanæ error, ut* Cicero *dixerat, si erro, libenter erro. Verum si contingeret, ut quis monitus à familiari & candido amico non resipisceret, nulla uenia eidem danda est. Nam non est sapientis uiri una in re subinde peccare, quod uult hic senarius* Menandri.

Error.

δὶς ἐξαμαρτεῖν ταυτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

Siquidem ut ineptus est cytharœdus, qui eadē chorda semper oberrat, ita poëtaster non alius erit. Qualis fuisse traditur Chærilus, *qui multū cessabat, hoc est, negligens fuit, & ignarus, & officium suum non fecit. Erat autem hic Samius apud* Herodotum *historiographum nutritus, poëta euasit, Atheniensium uictoriam contra* Xerxem *descripsit, pro singulis uersibus singulos stateres aureos accepit, authore* Suida. *Illum autem* Horatius *deridet, eidemq; indignatur, quòd uix bis aut ter etiā monitus*

Chærilus.

bene

bene scripserat. Cæterum in magno opere ueniæ locum esse errantibus modice, quis negabit? Nam Homerus, ut habet prouerbium, interdum dormitat, qui poëtarum & princeps & pater est. Quare idem Diuo Hieronymo placere uideo, qui huius poëtæ sententia somnum non abnuit. Quid quod errata huiusmodi honestis nominibus defendantur? Nam cum docti solœcismos faciunt, non solœcismi sed σχήματα λόγων appellantur, sicut barbarismi in metaplasmos abeunt. Sed idem non statim nobis in paucis epigrammatibus licet, quod illis, qui tamen non nisi rarißime & summa neceßitate adducti, id sibi indulserunt, quos sanè multa excusant, nunc fama, nunc maiestas, nunc antiquitas, nunc operis magnitudo, nos autem epigrammatarios nequaquam, sed tum aut ignorantia, aut desidia existimabitur. Solœcismi. Barbarismi. Metaplasmus.

Vt pictura.) Constat quidem poëmata delectare, sed non pariter, non eodem modo. Est enim singulis sua natura & decorum, ut diuersa ratione oblectet. Non aliter ac pictura (cum sit γραφικὴ ποιητικὴ) nonnullæ imagines umbram, nonnullæ lucem exoptant. Rursus sunt quæ magis arrident propius uiso, quàm longius, & è contra. Et iterum sunt quæ semel, quæ decies uisæ placent. Quorum omnium causa in opticis docetur. Ita poëmatũ alia Poemata quomodo placeãt. Pictura poema.

uix semel lecta placent, alia aliquoties repetita gratiora sunt, alia obscura propter errata, nisi fallor, alia lucent, quæ nullius censoris, uel exactißimum iudicium fugiunt. Quare is optime acturus est, qui nihil permittit spe ueniæ, aut licentiæ poëticæ, sed ad amußim ita sua scribit, ut nullum censorem fugeret.

XXX. PRAECEPTVM.

Nemo poeta nisi perfectus.

Messala Coruinus.

A. Cassellius Iurisconsultus.

O Maior Iuuenum.) Indicat *neminem esse poëtam nisi perfectum & summũ, sicut* Crassus *oratorem, ut* Virgilius *bonum uirum. Nam mediocris hic esse nequit, quemadmodum ciuiles essent in* Rhetoricis *oratores, in iurisprudentia uirisconsulti & causidici, seu* πραγματικοί, *hic actores recte dicti ab* Apuleio *togati uulturij, etsi illi ad summum aspirare non possunt, & multis gradibus ab eloquentiæ facultate &* δεινώσει, *quæ* Messalæ Coruino *haud parum à* Cicerone *&* Quintiliano *laudata fuit. Deinde etsi in ijs non esset tantum eruditionis quantum in* A. Cassellio *iurisconsulto, tamen cum sint mediocres, tolerabiles sunt, & magni fiunt. In his enim medium seu mediocritas conceditur, at in poëtis nequaquam. Nam cum hi non in primis perstiterint, sed in secundis & tertijs non ferũtur, nullo iuris neq; diuini neq; humani iudicio.*

Quid

Quid quod columnæ, seu pilæ, quibus olim epigrammata sua appendebant, non permittunt? Siquidem istæ non nisi optima quæq; poëmata recipiunt. Cæterum perfectus is meo iudicio, si quid iudico, censebitur, sed ciuiliter, cui ingenium & iudicium haud uulgare diuinitus, in quarumlibet rerum metrica descriptione, præsens adest. Nam in eo requiritur excellentius, altius, & magnificentius, quàm in oratore, ut acute inuenta prudenter & iuxta decorum cum artificiosa elocutione collocet, ut uel curiosißimus censor nihil castigaret. Debet enim poëta nimis elucere, ut rebus haud paßim obuijs, sed nouis, subtilibus, & in quibus nihil est subrusticum, animos hominum iuuet, & delectet. Quamobrem non statim poëta est, qui aliquot uersus facit, eosq; cantillat. Sed diuinus quidam motus in illo requiritur. Quare Socrates in Ione Platonis non arte aliqua existimat poetas insignes fieri, sed potius afflatu diuino. Idem in Phædro ait, poeticum furorem esse occupationem à Musis emanantem, quæ teneram & intactam animam suscipiens suscitet, atq; afflet. Idem alibi poetas diuina ui omnes moueri tradit, & alia quæ à furore poetico, seu mania tradidimus, huc afferenda sunt, quibus certo liquebit, ut perfectus esset poeta. Nam eum Plato imperfectum esse censet, qui arti confidit, & ad cuius fores

Poeticus furor.

Poeta imperfectus quis.

Musarũ mania non peruenit. Quapropter poesis multo præstãtior est, quæ ex furore manauit, quàm quæ multa prudentia & artificio. Sunt aũt hæc illius uerba, ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη. Cui sententiæ ipse Cicero in. 1. Tuscul. accedit, qui nullum uatem graue, plenumq; carmen sine aliquo cœlesti mentis instinctu effundere putat. Quare factum est ut mirandi poëtæ subito prodierint sine arte. Proinde cum furor hic sit efficacissimæ naturæ uis, consilio Dei indita, necesse est eum esse perfectum poëtam, cui ad istum furorem ars, & philosophiæ tam humanæ quàm diuinæ cognitio adiungitur. Id est quod alibi Horatius cecinit,

Neq; enim concludere uersum
Dixeris esse satis, neq; si quis scribat, uti nos
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam,
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atq; os
Magna sonaturũ, des nominis huius honorem. &c.

Idem Iuuenalis saty. 7. approbat.

Sed uatem egregrium, cui non sit publica uena,
Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta, & alia.

Poeta bonus uix singulis seculis inuentus.

Ex his igitur omnibus non est obscurum, quod Cicero dixerat, Singulis uix sæculis bonum poetam fuisse inuentum.

Vt

Vt gratas..) *Triplici similitudine non alium poetam esse ostendit, quàm qui perfectus est. Prima est à ueterum comitijs sumpta, in quibus erat* ἁρμοδίου μέλος. *Canebantur in Symposijs Homericis* σωφρονιστικὰ, *qualia cantor Clytæmnestræ cecinerat, Aut* ἐγκωμιαστικὰ, *quibus laudes præstantium heroum decantabantur, uel à Phemio, uel à Demedoco, Aut* ὀρχηματικὰ *saltatoria, quibus iuxta rhythmum saltantium choreæ ducebātur, Aut* παιανικὰ, *quæ in Apollinis honorem concinebant, Aut* θρηνητικὰ, *quæ lugubria sunt, & in laudem heroum præstantium demortuorum adhibebantur. Sed duobus postremis uix locus erat in cōuiuijs. In his tamen omnibus symphonia & harmonia uocum exigebatur. Nam eadem dissonans plurimum aures offendit. Altera est ab unguentarijs deducta. Solebant enim hi pectus perungere, & caput perfundere, oleum autem uidetur fuisse rosaceum, & uiolaceum. Quare* ῥόδον *uoluerunt etymologi deriuare,* ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδμῆς ἀφίησι. *Homerici autem conuiuæ non nisi loti, & uncti accumbunt. Vnguentum autem crassum dicitur uel male olens, uel propter crassos unguentarios, quos Lacædemonij urbe expulerant. Vltima est à magiricis, qui inepti erant eclegmate confecto ex melle amaro (quod uel Dioscoridis sententia Sar*

Homeri cātica. σωφρονιστικὰ. ἐγκωμιαστικὰ. ὀρχηματικὰ. παιανικὰ. θρηνητικὰ.

ῥόδον.

doum est) & papaueri, sicut igitur in conuiu. Musicus non est ὃς κακουργεῖ τὴν μουσικὴν hoc est, qui musicam deprauat, maleq; afficit propter dissonantias, quibus molles aures non parũ lædun tur, & sicut unguentũ nõ bene redolens nares, seu ἔκλειγμα palatum offendit, ita & poema quod ad summum non aspirauit, ingratum est.

Ludere.) *ἀνθυποφορά; licet ne uersus facere qualescumq; ? respondet nõ, sed uult ut is cesset & abstineat. Quotusquisq; enim est, qui certantem discobolia, uel pygmachia, uel alio certaminis genere eiusdemq; ignarum non derideret? ita poëtaster omnibus deridiculo erit, etiamsi alicuius ordinis fuerit, ueluti liber & ingenuus, & eques, & unus gloriaretur se non esse seruum, alter suos natales iactitaret, quasi ideo non reprehendendus esset. Tertius censum equestrem causabitur, quo Laberiũ notare uidetur, cui Cæsar donauit quingenta sestercia, & annulum, ut ipse mimos ageret, quos scriptitabat.*

Laberius Mimographus.

Quingenta autem sestertia sunt apud Macrobium (qui id ipsum uberius quàm Tranquillus explicat) quingenta millia nempe numorum. Valent enim singula sestertia millenis numis. Continet autem hic census monetæ Marchicæ quindecim milia, sexcentos & uiginti quinq; aureos, de alijs uerò formis census equestris hic nihil dicam.

Quingenta Sestertia.

Tu

Tu nihil.) *Quare bonitas ingenij requiritur, & naturalis quidam impetus, qui animi uires excitet.* Neq; *enim unquàm fœlix poëta effici potest, nisi peculiaris uis ingenij ad poëticen rapiat, & ut ad perfectam uirtutem efficiendam præcipuus animi impetus exigitur, qui ab* Aristotele *ἀρετὴ φυσικὴ uocatur, ita poëta sine naturali motu, in quibus eadem uirtus, aut desideratur, aut languidior est, perfectus nunquam erit, de quo uersu consule* Chiliad: Erasmi.

XXXI. PRAECEPTVM.

Id tibi iudicium.) *Consilium est ne subita & temeraria fiat poëmatis æditio.* Hoc *enim ad nonum usq; annum domi detinendum est, siquidem sub id tempus recognoscere licebit tanquàm alieni cuiusdam scriptum. Sunt enim ἔπεα πτερόεντα, nesciunt emissa reuerti.* Hæc *est causa cur* Plato *scribentibus præcepit ἄνω καὶ κάτω στρέφειν ἐν χρόνῳ, hoc est, ut diu res agitetur, & cum peritioribus communicetur, antequàm temere scriptū aliquod effundatur.* Exemplo Cinnæ *id consuluit, qui difficilimum poëma conscripsit, quod inscribebatur Smyrna, quem* Crassitius *Grammaticus non sine magna laude explicuit, de hoc sic* Catullus.

Poema nō temere ędendum.

Smyrna mei Cinnæ nonam post deniq; messem
Quàm cœpta est, nonamq; ædita post hyemem.

Metius. *Recte igitur consulit poeta Pisoni, ut nihil ædat, nisi castigatum fuerit à* Metio Critico, *aut à patre. Eum enim insignem poëtam fuisse supra obseruauimus, & Quintilianus meminit eius consilij in nonum annum, hoc est, in longum tempus retinenda esse scripta, & non tam imprudenter effundenda,* Alioqui *futurũ est, ut nunquam in albo poëtarum is poetaster tam temerarius recensendus sit.*

XXXII. PRAECEPTVM:

Poetices commoda. *Orpheus.* Syluestres.) παρακέλευσις *est ad poeticen, cuius commoda uelut uno fasce complectitur.* Primo cõfert ad humanitatem, id confirmat Orphei exemplo. Hic enim ab agresti & inhumana ad meliorem uitam reuocauit, ne furtum facerent, ne parricidæ, ne seditiosi essent, sed innocentem uitam uiuerent. Quare μυθολογικῶς leniit ferocissima animalia, quales sunt tigres, & leones, & post se syluas traxisse à poetis fingitur, de quo sic Pausanias: ὁ δὲ ὀρφεὺς ἐμοὶ δοκεῖν ὑπερβάλετο ἔπων κόσμῳ τοῦ πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἰσχύος οἷα πιστευόμενος εὑρηκέναι τελετὰς θεῶν, καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρμοὺς, νόσων τε ἰάματα, καὶ τροπὰς μηνιμάτων θείων, & alia, quæ copiosissime de eodem ab illo in Bœoticis tradita sunt; de ratione

autem

autem fabulæ consule & Macrobium. Hic uero κατ' ἐξοχὴν & sacer. Nam supra ex Ennio, diuinos esse poetas diximus, & Deorum interpres uocatur. Quare uatum nomen ijsdem competebat. Siquidem non solum Dei iram in impios, instar sacrorum prophetarum præsagiunt, sed etiam sacrosancta mysteria explicant, ut homines iuste & innocenter uiuant. Poetę uates

Dictus & Amphion.) Secūdo conducit ad ciuilitatem, ut sit κοινωνία πολιτικὴ de qua Aristoteles cōplura in politicis obseruauit, & Cic. in. 1. de Legibus siquidem & Amphion Thebanus seu Dircæus saxosos homines ita emolliuit, ut magistratus imperata quàm fidelißime facerent. Quare fictum est quod Amphionis musica saxorum allectrix erat, qua saxa uel sua sponte muro insilierant Thebarum autem conditores uolunt nonnulli esse Amphionem & Zethum ut Homer. Odys. λ. cecinit, sed cur Thebani apud Sophoclem κάδμου τέκνα & λαός κάδμου uocantur, alia est ratio. Amphion. Thebę. Zethus.

Fuit hæc.) Tertio utilis est ad iurisprudentiā qua per leges cauetur, de rerum diuisione, de Iure matrimonij, de uitanda fornicatione, & promiscuo concubitu, de societate ciuium, et alijs uitæ humanæ casibus. Alludit autem ad Apollinem, qui leges metricis harmonijs, ac numeris, quos Græci νόμους Apollo legum authors

L 5 appellant

appellant, composuisse traditur. Quod inter alios Suidas explicat, cuius uerba sic latine reddimus: Rumor, inquit est, Appollinem reperta lyra leges nõnullas conscripsisse, quæ aduiuendi rationem satis accomodatæ erant. Studuit enim pecuinos hominum affectus demulcere cantu, ut suauitate carminis sibi ad præcipiendum gradum faceret. Leges autem cytharœdicas nominabant, à quibus musici tropi, quibus modulamur, νόμοι appellati sunt. Porrò leges olim in ligno incisas fuisse plerisq; notum esse arbitror, quæ tabulæ Atheniensibus ἄξονες & κύρβεις dicebantur, sicut Lacedæmonijs ῥῆτραι. Cyrbes aũt uicẽ publici iuris continebant & sacra mysteria feriarũ sicut axones priuati iuris, sed ut hic erant tetragoni, ita illæ trigonæ. Postea tamen ære munitæ sunt tabulæ. Quare latini sæpius in æs incidere dicunt, & Ouidius sic cecinit, Nec uerba minantia fixo ære ligabant. Proinde legum carmina recte uocabantur olim, & Cicero de Oratore, Discebamus, inquit, pueri. 12. ut carmen necessarium. σανίδες uerò tabulæ erant, quæ multas delictorum complectebantur Quid autem. S. C. Romæ postea statuerit, & commutauerit, non est quod hic longius repetam.

νόμοι. Leges in ligno incisæ. ἄξονες. κύρβεις. ῥῆτραι. σανίδες.

Post hos.) Quarto prodest ad uindictam nempe bellum, quo subditi defenduntur, ut in pace sine iniuria uiuant. Quod primum in Homero cernere

Homerus.

-rnere licet, qui bellica cecinit, quibus singulare fortitudinis & iusticiæ exemplum proponere uoluit, atq; ideo institutum fuit à maioribus, ut eius poetæ carmina adolescentes lectitarent, ut odio haberent barbariem & uirtutē amplecterentur, quod consilium & Isocrati plurimum arrisit. Quare à Platone ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν dictus est, Taceo quod eam ob rem rhapsodi carmina eius in publicis conuentibus accinebant, qui inde ὁμηρισταὶ uocati sunt. Hæc est causa, & alibi de eo sic Horatius cecinerat. Rhapsodi.

(non,

Qui quid sit pulchrum, quid turpe quid utile quid
Plenius ac melius Chrisippo & Crantore dicit.

Statuitur autem post Orphea & Amphionem Homerus, qui tamen iuxta Herodotum omniū antiquissimus est, hoc est, primus poeta eorum, qui fama doctrinæ clari fuerunt, quanquam ille coniunctim de Homero atq; Hesiodo uerba facit. Nam multorum Græcorum sententia hi fuerunt æquales. Ideo in Eubœa Homerū ab illo uictum esse, nonnulli sentiunt, atq; eius uictoriæ in Ergis mentionē fieri tradūt. At nos potius Ciceroni astipulabimur, cuius opinione multis seculis Homer. Hesiodo prior fuit, etiamsi nō nulli Hesiodū antiquiorē fecerant sicut & Musæū, Orphea, Pamphon, & hic Amphionē. Responderi tamen potest, q; Herodotus in Euterpe ὅδε inquit Homerus & Hesiodus.

προτο

πρότεροι ποιηταὶ λεγόμενοι τούτων τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι, ὕστερον ἐμοί δοκέειν ἐγένοντο. Prophyrius uero Homerum fuisse natū post Troiæ excidium annis CCLXXV. ante Olympiada primam annis CXXX. Hūc autem post Troiæ excidium ortū fuisse annis CCCC. accepimus Quare Horodotus lib. 2. sic ait, ἡσίοδον καὶ ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισιν (quid si rectius ἑπτακοσίοισιν legeretur) ἔτεσι δοκέω μὲν πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέος. Quid multis? magna est in notis temporum diuersitas, & contentio & incertitudo, quæ hoc loco explicari nequit, in negocijs, Chronographis dabimus. Cæterum quam insignis est poeta, epigramma Leonidæ Tarentini satis indicat, quo cum sole confertur. Nam ut hic omnia astra, & Lunam præsentia sua obscurat, ita Homeri authoritate omnes poetæ eleuantur. Versus autem hi sunt.

ἄστρα μὲν ἠμάυρωσε, καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης :
ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἠέλιος
ὑμνοπόλους δ' ἀγεληδὸν ἀπημάλδυνεν ὅμηρος.
λαμπρότατον μουσῶ φέγγος ἀνασχόμενος.

Tyrtæus. Deinde quod ad bellicam uirtutem poeticæ faciat, Tyrtæus poeta & dux claudus testatur, cuius suasu & hortatione Messenij uicti sunt, authoribus Iustino lib. 3. Pausania in Messeniacis, Suida. Illius autem

autem carmina quia animos adolescentum ad bella incitabant, ἐκβατήρια ἐνόπλια uel iuxta alios πολεμιςήρια μέλη dicta sunt. Quod & Leonidæ respōsū testificatur apud Plutarchū in Agide, quādo rogatus erat quidnam de Tyrtæi uersibus censendū esset, qui respōdit: εἰπεῖν ἀγαθὸς νεῶν ψυχὰς ἐκκαλεῖν, ἐκπιπλήμενοι γὰρ ὑπὸ τῶν ποιημάτων ἐνθουσιασμοῦ παρὰ τὰς μάχας ἠφείδουν ἑαυτῶν. Idipsum habet Athenæus quoq; καὶ αὐτοὶ λάκωνες ἐν τοῖς πολέμοις τὰ τυρταίου ποιήματα ἀπομνημονεύοντες ἔυρυθμον κίνησιν ποιοῦνται, et alia, quæ lib. 14. sequuntur, & quæ sunt memoriæ prodita apud Platonem lib. 1. de legibus.

Oracula ἔμμετρα.

Dictę per.) Quinto accomodata est ad sortes scribendas seu oracula, quæ ἔμμετρα fuisse satis liquet, qualia Bacis edidit, quorum in Vrania Herodotus meminit, qualia Parcarum sunt, quæ & Catullus in Argonau. agnoscit, qualia Sibyllarum adhuc nonnulla circūferuntur, quarum testimonio sua scripta interdum garruißima Lactantius Firmianus, D. Augustinus confirmarunt. Oracula autē Apollinis notiora sunt quā ut de his quicquā dici debeat. Huc efferūtur eius tripodes Laurus δαφνηφάγοι.

Sibyllæ.

Et uitæ.) Sexto non in utilis est ad genus uitæ instituendum. Promouet enim τὸ ἐπιεικὲς & cō

suetu

Consuetudines ἔθη.

suetudines honestas, & laudabiles cum legibus scriptis admodum affines sunt, & neutiquam reluctantur. Quare nunc ἄγραφα νόμιμα, nunc ἔθη nūc ἐπιτηδεύματα uocātur, quorū bona pars Atheniensibus debetur. De his Plato in. 7. lib. legū consulendus est. Instituitur autem uita iuxta Ethicen quæ ideo sic dicta, ut ab agrestibus & beluinis moribus homines ad moderatiores & ciuiliores affectus reuocet. Lucretius lib. 1. satis dilucide cecinit de statu rerum ante inuentam Poeticen.

Humana ante oculos fœde cum uita iaceret,
In terris, opressa graui sub relligione.

Et gratia.) Septimo usui erit & Historiographis. Regum enim munificentiam musicis modulationibus celebrarunt, aliasq; uirtutes, quorum gratiam inibant, quando eorundem res gestas & præclara facinora cecinerant, & de ijsdem odas lyricas cōponebant. Qua de causa factum est, quod regibus & principibus poetæ chariss. erant. Nam Archelaus Macedoniæ rex Euripidem summo amore cōplexus est. Alexander Magnus iussit adnumerari talenta, & mala scripta Philippeis inaurauit. Sic Anacreō præcipuus amicus Tyranni Polycratis fuit, Aeschylus et Simonides Hieroni Siculo. Philoxenus Dionysio. Antagoras Rhodius & Aratus Solensis Antigoni amici fuerunt, sic alij aliorum.

Poetę principibus charissimi. Archelaus. Euripides. Alexander magnus. Anacreon. Policrates. Aeschylus. Simonides. Hieron.

Et

Et longotum.) *Octauo confert ad recreationẽ & relaxationem animi qui multis operibus defatigatus erat. Quare sæpe grauiß. uiri forẽsibus negotijs liberati ad poemata animi causa currebant.*

Ne forte pudori.) *Epilogus. Hæc tibi Piso dicta sunt, ne te pudeat poetices, quam* περιφρασικῶς *notat solerti lyræ musa, &* μουσουργῷ *Apolline. Nam mentem & aures uoluptate afficit, & recte olim prima quædam philosophia uocata est quod ad salubres uiuendi rationes homines adducat quod elegantes mores doceat, quod affectus immodicos compescat. Vere igitur poetæ morũ magistri uocati sunt, quorum ars musicos cantus lyræ, & tibiarum, & aliorũ instrumentorũ sibi uendicat, eandem Sibyllæ prophetæ & Theologi usurpant, quare merito sacerdotes appellati sunt.*

XXXIII. PRAECEPTVM.

Natura.) *In bono poeta ingeniũ, deinde ars, postea exercitatio, postremò imitatio requiritur.* Ingenium & ars in bono poeta requiritur.

Naturæ seu ingenij uis permagna est, & uix aliud plus momenti habet aliàs quã ad poeticen, quã ob causam ueteres poesin non tã arte quã ἐνθουσιασμῷ *tanq̃ numinũ afflatũ tribuerũt. Recte igitur existimãdi sunt poetæ* ἐκ μουσάων καὶ ἑκηβόλου ἀπόλλωνος. *Nam sicut naphtha flammam trahit, magnes chalybem, succinum paleam, ita ingenium* ἐνθουσιασμός. in Poetis.

sibi

sibi arripit quicquid cognatum est. Cicero *pru denter pro archia, poetam magis nasci quam fieri confirmat quoq; quod* Democritum *furoris nomine uoluisse intelligo, etsi paulo ante* Horatius *illu serat ea sanè ratione quod artem neglexisse quidã inepti sectatores* Democriti *censuerant, quo &* Cicero *retulisse mihi uidetur, cum ait*. Audiui *poetam bonum neminem, idq; à* Democrito *&* Platone *in scriptis relictum esse dicit, sine inflammatione animorum ex istere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris*. Sed *quid in re satis manifesta à* Rethoribus *paßim obseruata multis agimus? Statim quidem iam inde à prima ætate certis indicijs indoles naturæq; propensio sese prodit*. Cuius unicum exemplum de Oui*dio satis sit, qui patris iußu ad causas forenses ani*-

Ouidius.

mum applicare cogebatur. Quicquid, *inquit, tentabam scribere, uersus erat*. Quapropter *non desunt, qui* Ouidio *plus naturæ quàm artis tribuũt sed* Virgilio *contrarium*. Ars *uero naturæ inclinationẽ expolit, adornat, & adauget*, Quintiliani *sententia*. Vtrumq; *enim indiget alterius auxilio, ars quidem sine ingenio, & ingenium sine arte parum potest*. Idcirco *hæc formæ uicem, illud materiæ gerit*. Quam *sane controuersiam multi* Rhethores *& antiquitatum obseruatores inter quos est et* Cœlius *plurimis modis tractarũt*. Ideo *huius disceptatione pru*

Exercitatio.

dens

dens superſedeo. Porrò his accedere exercitationẽ aßiduam, diligentem, & frequentem neceſſe eſt.

Quod Ouidius hoc uerſu uoluit:

Solus & artifices qui facit, uſus erit.

Cui conforme eſt Anaxagoræ apotephgma, cum ait τὴν τῆς σοφίας χεῖρα εἶναι ἀἰτίαν. Quare Iuuenalis uere cecinit:

Vt dignus uenias hederis, & imagine macra.

Neq; Perſius temere pallidam Pyrenen dixit. Proinde Horatius poetaſtro ſuadet, ut multum laboret ſudet, algeat etiam in tenera ætate puerili, & uoluptates tanquam ſcopulos Syræneos uitet. Notũ enim illud quod omnibus in ore eſt.

Balnea, uina, uenus corrumpunt corpora noſtra.

Neq; obſcurum eſt illud Hermolai Barbari:

Venter, pluma, uenus, laudem fugienda ſequenti.

Quemadmodum ante illos omnes Heſiodus & Phocillydes poſteris ſcriptum reliquerunt. Quod conſilium ſi ſecutus fuerit, futurum eſt, ut in optimum poetam idem euadet, qualis eſt Pindarus, quem in odis inimitabilem Horat. facit, qui Pythia cecinit, quæ paßim ſtudioſorum manibus circũferuntur. Nã idipſum ei non ſine labore, non ſine arte, ſeu inſtitutione contigit. Poſtquam eius aut Diaphantus aut Scopelinus (uariant enim hic ſcriptores) egregiã filij indolem uiderat, Iaſo Hermioni inſigni muſico

M commi=

commisit, aqud quem lyrodia edoctus est, antea tamen à patre tibicine tibia canere didicit. Is cũ adoleuerat animum adiunxit non ad crapulam, non ad aleã, non ad hippicen, non ad uenerem, sed ad culturam sui ingenij. Ideo fidelis magistri ferulæ se submisit, & ita exercuit stylũ, ut omniũ lyricorũ poetarũ sit præstantißimus, qui propter excellentem & magnificam rationem dicendi ab Horatio alibi Cygnus Dircæus uocatur. Quare fictum est apes in illius os mella congeßisse, sicut de Diuo Chrysostomo quidam tradunt. Sed de illo Pausanias affirmare uidetur, qui in Bœoticis sic ait, πίνδαρον δὲ ἡλικίαν ὄντα νεανίσκον, καὶ ἰόντα ἐς θεσπίας θέρους ὥρα καύματος περὶ μεσοῦσαν μάλιστα ἡμέραν κόπος καὶ ὕπνος ἀπό αὐτοῦ κατελάμβανεν, ὁ μὲν δὴ ὡς εἶχε, κατακλίνεται βραχὺ ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ, μέλισσαι δὲ αὐτῷ καθεύδοντι προσεπέτοντό τε καὶ ἔπλασσον πρός τὰ χείλη τοῦ κηροῦ & alia, quæ ibidem sequuntur. Cæterum à quo institutus fuit incertum est per diuersitatem authorũ. Sunt enim qui à Corinna, sunt qui à Myrti, sed hæc illius discipula fuisse credita est. Quã rẽ Plutarchus in lib. de præstantia Atheniensiũ, & Pausanias confirmãt. Cõstat tamẽ Pindaro calculũ addidisse ad poeticen Agathoclẽ, ut hoc distichon ἄδηλον indicat.

μετὰ δὲ ἀγαθοκλέος ἔμμορεν ἀνδῆς
ὅς τε ῥά οἱ κατέδειξεν ὁδὸν καὶ μέτρον ἀοιδῆς
Alia autem exempla afferre cuilibet erit integrum ut perſuadeat non ſolum ingenij bonitate inſignes fieri poetas, ſed etiam arte & labore.

Nunc ſatis.) παρεκβάσει carpit poetaſtros ſui temporis, qui ſua iactitabant, cum tales neutiquã erant, quales audiebant. Dixerunt enim ego ſum poeta, ego neq; uulgaria, neq; quotidiana poemata conſcribo, male illi qui non ſit primus, nolo in hoc curſu poetici certaminis relinqui, et ſuperari, et eſſe poſtremus, nolo profiteri inſcitiam meam qui admodum peritus uideor. Nam utrinq; fieret non ſine magna mea turpitudine, & utrobiq; me turpiter darem. Eſt autem hic gloriantiũ poetarum μίμησις. Verũ hemiſtichium prouerbiale eſt. Occupet extremũ ſcabies, quod pleriſq; uidetur eſſe natũ, à curſu puerorũ, qui ultimo ſcabiem imprecabantur. Conſule de hoc Chiliades Eraſmicas.

Vt preco.) Quartũ eſt q̃ in poeta requiritur imitatio, qua optimos quoſq; effingere conatur. Sed neceſſariũ eſt ut paucos, eoſq; optimæ notæ ſibi deligat, quos pro uirili exprimere omnib. rationib. ſtudebit, alioqui cũ citra delectũ percurrerit nũc hũc nũc illũ, fieri neq̃t, ut alicui ſimilis reddatur. Nã quomodo mẽs ſe in diuerſa bene intẽderet? Recte Xenophõ dixit, q̃ ſimul multa facit, nihil facit. Quare Pli. & Senec

Seneca diligentiss. cõsuluerũt, ut multũ et diu in certis, iisdem paucis, scriptoribus uersaremur, adeo ut illorũ uerba & sententias, non secus ac digitos nostros teneremus, atq; longo usu in nostram naturã uerteremus. Cæterum ut ea fœlicior sit, & prosperius succedat, admonitore opus est candido, qui uiam ostenderet, qui errores nostros corrigeret. In quo tamẽ haud secure cauẽdũ est, ne sit assentator imò ἀκίϐδηλος. Facile enim fit, ut adsit adsentator poetæ maxime opulento, ex quo iste opes, lucrumq; expectat. Est enim hic uerum κόλαξ κόραξ, præcipue cui poetarum multi sunt agri, ideo locuples, qui pecuniam fœnerat, ideo usurarius, qui oppiparã cœnam apparare & apponere solet, ideo uoluptuarius, qui pro calamitoso fidem iubet, ideo sponda, qui reum iurgiis forensibus & tristibus implicitum extricat, ideo patronus, qualis qualis deniq; fuerit is uix amicum ab adulatore discernet. Qua de re non uulgaria memoriæ Plutarchus prodidit.

κόλαξ κόραξ.

Assentatores.

Tu seu donaris) ἀποστροφὴ hortatoria est ad Pisonem, ne quid propter uersus factos donaret; alioqui assentator clamabit μιμητικῶς Pulchre, recte, bene, ut Terentianus Gnato apud Trasonẽ, qui præ stupore & nimia uersuũ admiratione pallescet, & sæpe nimium gaudens collachrymabitur, & exultabit. Vtriusq; aũt rationem cur stupentes palleant

θρηνώδεις.

ant, & præ leticia effusa lachrimæ profluant, ex physiologicis petendum esse censseo. Præficæ

Vt qui conducti.) A simili, sicut θρηνῳδοὶ apud Alexandrinos, Præficæ apud Romanos nænias canebant mercede conductæ.

Sic derisor.) Epiphonemate colligit assentatorem magis ijs rebus lugubribus affici, quam uerum amicum. Assentatoris autem singularis hic est Hypotyposis, qui ut discernatur ab amico cautione opus est, nẽpe ut multis culullis, id est, calicibus uini obruatur, quẽadmodum reges cum purpuratis suis factitant. Est enim Aeschinis sententia, quod uinum sit mentis speculum, sicut uitrum oculorum, qua de causa natum est prouerbium, In uino ueritas. Hoc enim subito deprehendimus, qui uulpinantur. Decet enim cum uulpe, ut dicitur, uulpinari. Assentator. Vinum mentis speculum. In uino ueritas

XXXIIII. PRAECEPTVM. Quintilius. Critici.

Quintilio. Est ut quis ueris Criticis, qualis erat Quintilius Varus, obtemperet, & non adulatoribus, etiamsi male tornatos, id est, compositos uersus ad incudem reuocare iuberet, & ijsdem limam addere præciperet. Est autem hic μεταφορὰ à fabris ferrarijs, cũ Mimesi Critici dicentis: corripe hoc et illud, δεικτικῶς, errata intelligit, quæ etiam bis uel ter repetita attamen mala, delenda sunt.

Si defendere. αἰτιολογία consilij. Nã si tuis

erratis patrocinaueris, & in iisdẽ tibi placeres, futurum mox esset, ut Criticus in officio suo non pergeret, neq; tibi uerbulum diceret, suaderetq; ut tua nõ usq; adeo amares, in quibus nulla est zelotypia.

Criticus bonus

Vir bonus.) κατὰ παρέκβασιν officium boni Critici describitur, qualis erat Catullus in sermonibus Horatij, ut hic de illo lib. 1. Epist. 4. canit, Primum autem sit bonus, non adulator, Mox prudens. Nam saepe conniuere consilio Quintiliani decet, incipientibus, ne subito animum despondeant. Deinde castigabit alios uersus, tanquam non artificiosè consutos, alios duros & confragrosos, in quibus non est facilis uena. Postea illepida ungue aut obelisco notabit, ambitiosa, id est, superflua, seu malè affectata recidet, obscura planiora faciet, amphibologica redarguet, mala, quae uitanda sunt,, adnotabit: bona autem stellis signabit. Sicut Aristarchus Aristophanis auditor, multos uersus ὠβέλισε, hoc est, confixit, quos non agnouit pro Homericis, eosq; νόθους appellauit. Postremo, nullum erratum, etiamsi leue uisum fuerit, specie amicitiae incorrectum relinquet, ut diceret amicũ in nugis (sic enim iocularia poemata nominãt) non offendã. Ita non correctis Poëtaster assuetus uitiosus manebit, quae uix semel Criticus deluserat, & castigans malè exceperat, sic ex iocis seria futura sunt, sed magno inobedientis & pertinacis Poëtastri incom

Catullus in Horatij sermonib.

Aristarchus.

νόθοι.

incommodo, cum tamen scripta ab amico iudicanda sunt. Sic Macer & Propertius, Ouidius, Horatius, Tibullus & Persius praeceptoris sui Cornuti, Theocritus Philetæ praeceptoris, cuius in Thalysijs meminit, iudicium frequens experti sunt. Sic Quintilius Varus Cremonensis multorum uersus emendandos esse censuit &c.

PRAECEPTVM XXXV.

Poeta patiatur Criticos.

Vt mala quem scabies.) *Est, ne quis sibi ita placeat, ut à nullo sua poëmata corrigi uelit, alioqui omnibus erit ludibrio. Nemo enim futurus est, qui illius consuetudinem sibi optaret, sed quisq; fugeret, & peius cane & angue odio eum haberet, non aliter atq; scabiosum, Ictericum, Phanaticum, & Nympholeptum. Deinde istum tanquam uæsanum pueri agitabunt, & impellent, indocti & incauti istum sequentur, docti minime, aut indocti eundem quoq; persequentur (κατὰ ἐναλλαγὴν figuram) tanquam morionem, etiamsi hic eructaret uersus, quos suo iudicio sublimes esse censet. Quare ne hæc incommoda accedant, necesse est ut is Critici tum fidelis tum prudentis censura staret, illiusq; dicto esset audiens, sin minus, non facile illi laboranti & lapso quis succurreret, quis enim Aucupi in puteum lapso uel clamanti, & auxilium imploranti adesset?*

Nam incertum est, an apud eum gratiã iniret. Fieri enim potest, ut uolens & prudens id fecerit, quare fune demisso extrahi recusaret. Sicut de Empedocle scribitur, ex cuius historia pestilens & immodica gloriæ sitis colligitur, qui eò superbiæ & stulticiæ uenit, ut sponte sua Aethnam senex insilierit, nimirum ut hoc facinore immortalitatem sibi pararet, sed id notũ fiebat ex sandalijs ferreis, quæ flammæ eiecerunt. Solitus enim Siciliæ urbes, cum erat Acragantinus, obambulare ferreis calceis indutus aurea ornatus corona, de quo sic Ouidius in Ibin.

Empedocles.

Vt ue Syracusio præstricta fauce poetæ,
Sic animæ laqueo sit uia clausa tuæ.

De hoc plura apud Laërtium leges lib. 8. Scripsit autem tres libros carmine, περὶ φύσεως τῶν ὄντων, quorũ forsan meminisse in lib. 1. uoluit Quintilianus. Huius igitur conatum & studium immortalitatis quis prohibuisset? Quis illũ inuitũ seruasset? Quid ita? quia hoc modo famam diuinitatis sibi cõparare uoluit. Scabiei autem uerbum cõmune, multasq; partes apud medicos complectitur, sed hic mala est propter contagium, quod cuilibet generi eius competit. Quare timor hic est, ne attingantur, sed id periculum tantum non est in morbo regio qui nunc arquatus, nunc græce ἴκτερος uocatur, à quo facile quis abhorret, præsertim cum uniuer-

Scabies.

Morbus regius

sum

ſum corpus, ob atram bilem ex liene diffuſum, nigrũ efficitur. Quare plæriq; timenti ὄτορ μελάγχλωρον, qualem ipſe Hyppocrates uiderat, & ſi non is delectat, qui ex iecinore fit per flauam bilem. Verum in phanatico errore, non eſt contagij ulla ratio, ſed erroris ſeu furoris impetus, quo olim ſacerdotes θεμιστεύοντες, hoc eſt, oracula ædentes nimis in phanis agitabantur. Itaq; per phanaticos furibundos multi intelligunt, non uitio humorum ſed enthuſiaſmo, præſertim Appollinis, quemadmodum Sibylla phanatica apud Virgilium fuit Aeneæ uaticinatura. Cui nõ adeo abſimilis eſt νυμφόληπτος, id eſt, qui alicuius nymphæ ſpiritu correptus erat. Talis Aiax Sophoclis iudicandus eſt, qui à Pallade in furorem ſeu maniam compellebatur, ideo ibidem recte θέιαν νόσον idem poeta uocat, apud quem ipſa Pallas ſic ait:

Phanaticus error.

νυμφόληπτος.

Aiax Sophoclis

ἐγὼ σφ᾽ ἀπείργω δυσφόρους ἐπ᾽ ὄμμασι γνώμας βαλοῦσα τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς καὶ πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω, & alia id genus, quæ non pauca ex eiuſdem dramate colligerentur. Neq; Homerus id diſsimulauit in. α. Iliados.

ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἀασάμην φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας.
ἢ οἴνῳ μεθύων, ἤ μ᾽ ἔβλαψαν θεοί αὐτοί

Sentit quidem inſanum eſſe aut ebrietate, aut à deorum agitatione. Dioſcorides enim Iſocratis auditor

Ebrietas. nullum discrimen inter ebrietatem & insaniam statuit, authore Athenæo lib. 1. Quod uero Diana uæsanos reddat, testatur chorus in Aiace Sophoclis flagellifero

Diana reddidit uæsanos.

ἦ ῥά σε ταυροπόλα Διὸς ἄρτεμις
ὦ μεγάλα φάτις ὦ
μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς
ὥρμασε πανδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας

Sitius.) Concessio, sed Ironica, cui sententia subijcitur πιθανὴ pro loco satis apta, quæ uult, uti eadem pœna afficiatur, qui inuitũ, ueluti hic Empedoclem, conseruare studet, qua eiusdem occisor, de qua controuersia statuant iurisconsulti, an is occidenti similis sit, qui impedimento fuit Empedocli, ut immortalitatem non consequeretur, uerũ hic probe quadrat, si quis sententiarum formas probe obseruauerit.

Vtrum minxerit.) Duplici ratione malus est hic poetaster, aut quia sepulchrũ patris mictura uiolauit, cum tamen omne sepulchrum iuxta legum præscripta sacrum sit, aut quia incæstus, hoc est, incæstu pollutus bidentale mouit, quod neutiquam attingere licuit. Erat enim inexpiabile. Verum utrobiq; mali poetæ satis ironica est notatio, cum sit incorrigibilis, beneq; admonentes Criticos non audiat in uersibus faciendis, quo prorsus furit instar ursi

qui

qui inter clathros, hoc est, cãcellos detinetur. Quos libet enim obtundit suis poëmatibus, quibus fugat doctos & indoctos, quos uerò apprehendit ne fugiant legendis ijsdem pene enecat.

Non missura.) *Prouerbialis uersus est in Chiliadibus Erasmi. Alludit autem ad cacoëtes insanabile, cuius & Iuuenalis meminerat Satyra. 7.*

τέλος

τῷ θεῷ δόξα

ERRATA

Pag.	Linea.	Lege.
2	3	*θατέρων & πειθόμενος*
ibid.	7	*λώσοις*
4	16	*diſcincti*
7	4	*auditoribus*
ibid.	18	*diſcederem*
9	18	*ποιητὴς &* Bœotico
13	7	*uetus Satyra*
19	10	*obſcœna*
18	26	*obſcœnas*
10	7	*quod nunciat ἠθικὰ*
23	18	*inſeruerunt*
24	11	*pindaricis*
ibid.	25	*τοῦ ἐλεγείου*
28	9	*ὑμνοπόλοι*
ibid.	17	*προσόδια*
29	19	*ſubditis*
ibid.	24	*Tacito*
ibid.	25	*epithalamiogra.*
30	14	*dramatibus*
40	3	*ſuccumbit*
43	5	*ὁμοιοσχήμο.*
45	11	*eamq;*
49	22	*Matutinus*
50	22	*ὧ*

ERRATA.

Pagina	Linea	Lege
51	13	μαστεύεμεν
52	5	confundatur·
Ibid.	21	ſuum inge:
59	26	indicijs
62	11	ἀντιστοιχία
63	1	ναύτης
Ibid.	8	arbitror
65	9	οἵηπερ & τοιήδε
Ibid.	10	φύλλα τὰ μεν
Ibid.	15	ἀμαυρόβιοι
Ibid.	17	ὀλιγοδρανέες
68	8	præpingue
63	14	τετράμετρον σκάζον
Ibid.	inmargi.	calceamentorum
74	17	nouellis
75	5	ἱππόδαμον
Ibid.	9	ἱππόδαμον,
76	5	τίνα
Ibid.	10	ᾠδαὶ
Ibid.	14	erat
Ibid.	inmarg,	λύρα
77	inmarg.	τραγικῶς λέγειν
79	inmarg.	ἠθῶν ratio
80	4	ἀγροικός

Ibid.

ERRATA

Pagina.	Linea.	Lege.
Ibid.	15	qualis hic
82	7	προσεπιπλήττειν
Ibid.	26	ἐσόμενος
83	2	σωφρονοῦντος
Ibid.	12	histrionicam
84	2	indicium
Ibid.	13	mycterismus
87	2	homœoteleutis
90	14	institutum
91	2	in graphica
92	23	Phlegyæ
93	12	sumuntur
94	20	Ioachimus
95	8	œconomia
Ibid.	17	nempe ex Ho.
96	23	ὁμήρου δείπνων
97	16	communi
100	15	argumentum
Ibid.	23	parœmia
109	15	subobscurè
Ibid.	16	Trachiniis
Ibid.	25	ἀνλῳδία
117	21	censenda

FINIS.